

Moguntinae diocesis, pertinuisse videtur (7). Continuationem usque ad illa anni 939 verba *Caprimontem obsidione*, sententia nondum expleta, producit. Quibus cum et in codice Reginonis Murensi et in tribus qui inde fluxerunt, Engelbergensi, Einsidlensi sæculi xiv, et Augsburgensi Hermanni Contracti Chronicon adnectatur (8), eos omnes a Parisiensi originem traxisse opinor. Codex Parisiensis Societatis impensis cum editis collatus est, non tamen ea diligentia, quæ minoribus etiam immorari debuisset.

7. Contra codices quinque in Austria asservatos summa cum diligentia in usus nostros vertit D. Josephus Piraner, jurisconsultus Carniolensis. Quorum primo loco nominandus venit, qui in bibliotheca palatina Vindobonensi inter historicos profanos numero 332 signatur. Est membranaceus in folio, sæculo xi exeunte scriptus, fuitque olim monasterii Admontensis in Styria, quare ex codice aliquo Salsburgensi fluxisse fortasse putandus est. Præter Reginonem continet Theganum et Victoris Historiam persecutionis Vandalicæ. Scriptor ubique fere loco *ti* ante vocalem *ci* recepit; exempli gratia, *ocium*, *accio*, *licium*, *succedencium*; tum, *Arnulfus*, *Haistulfus* et *Ruodolfus* (non *Arnulphus*, *Aistulphus* et *Rudolphus*), *adhulterium* et *adulterium*, *adhulescens*, *adulescens* et *adolescens*, *iohannes*, *habundare*, *actenus* (raro *hactenus*), *hac et ubi* (raro *ac loco et, ubi*), *Ugo* (raro *Hugo*), *hlotharius*, *hludowicus*, *michael*, *ostis*, et *lotharius*, *ludowicus*, *michael*, *ostis*; *exortari*, *pascha* et *pasca*; *nichil* et *nihil*; tum *ætiam*, *æciam*, *etiam* et *eciã*, *pæne* et *pene*, *equus* et *æquus*, *cæpit* et *cepit* eadem significatione, *æcclesia* et *ecclesia*, *fresia*, *fresones*, *sterelitas*, *longobardi* (raro *langobardi*), *nicoforus*, *eclipsis*, *paralists*, *dlontsius*, *hierosolima*, *scithia*, *stilus*, *elemosina*, *silva* et *sylva*; *radisbona* et *radasbona*, *traicere*, *proicere*; *belua*, *milia*, *litus*, *litteræ* et *literæ*, *pellex* et *pelex*; *quattuor*; *brittones*, *affrica* et *africa*; *cinxi*, *extinxi*, *ascensus* (loco *assensus*), *oblimates* et *optimates*, *abba* et *abbas* scribere solet. Annis 773 et 944 quedam singularia exhibet.

8. Annalista Saxo Reginonem ejusque continuationem ita exscribit, ut eum haud raro contractum in usus suos vertat, quare et hic in censum venire debet. Notavi et aliquas lectiones codicis olim in monasterio S. Godehardi Hildesie conspici, aut Reginonis aut, ut Eccardus contendit, Annalistæ Saxonis, margini editionis Pistorianæ a Meibomio seniore ascriptas atque in bibliotheca regia Hannoverana asservatas.

9. 10. Codices bibliothecæ palatinæ Vindobonensis inter historicos profanos n. 669 et 1068, membranacei in folio, sæculi xi.

(7) Cf. Mabillonii Annales Bened. t. III, p. 328.

(8) Cf. Prodomum Germaniæ Sacræ, p. viii, ix, xiv; *Archiv. der Gesellschaft*, etc., t. III et V, p. 762; Placidi Braun Notitiam codicum mss. monasterii SS. Ulrici et Afræ, p. 110.

11. Codex bibliothecæ monasterii Claustro-neoburgensis in Austria membranaceus, in folio, sæculi xii.

12. Codex Vindobonensis hist. prof. n. 1080, chartaceus in folio, sæculi xv, omnes unum eundemque fontem agnoscunt. Id præter alia multa eo patet, quod Arnulfum imperatorem non Odin-gis, sed Ratisbonæ in cœnobio sancti Emmerami, sepultum tradunt, et eadem clausula *Huc usque Regino. Hæc quæ secuntur nos addimus*, continuationem Reginoni adnectunt. Cum vero Austria litteras a Bawaria acceperit, et eadem clausula in codice membranaceo sæculi x, olim Frisingensi, jam in bibliotheca regali Monacensi asservato, legatur (9), eum Austriacorum fontem esse opinatus, Docenium nostrum de aliquot ejus lectionibus consului. Et V. cl. reliquas ut in codicibus illis se habere respondit, de Arnulfi vero sepultura loquum, qui jam ut in editis legatur, olim rasura deletum, et ibi in margine ascriptum esse, *perdes omnes qui loquantur mendacium*. Hinc Frisingensem codicem Austriacorum fontem esse, certo jam asseverare licet. Nihilominus tamen, Austriacis mirum in modum consentientibus, Frisingensem totum cum editis conferri minime necesse erat.

Hæc subsidia sunt, quorum ope novam Reginonis editionem institui. Præterea Modenæ in bibliotheca ducali codicem Reginonis anno 1093 exaratum evolvi, qui tamen non nisi librum primum continebat, nec ullius nobis utilitatis esse poterat. Codex Gemblacensis Mabillonio teste una cum monasterio conflagravit; Parisiis codices regii n. 5017 sæc. xi, et n. 5018 sæc. xii cum continuatione, a. 5922 sæc. xii, mancus in fine; Londini codex Harleyanus n. 3676, et Cottonianus Tib. c. xi, 1; Cantabrigiæ in bibl. S. Benedicti Chronica abbatis Prumienis monasterii a Christo nato ad a. 1002; alii Gatterero teste in Hollandia exstant, et in abbacia Murensi olim codicem sæculi x fuisse tradunt (10); quorum utinam desiderium apud hujus editionis lectores non moveatur.

Cæterum librum primum et partem secundi usque ad an. 814 non ipsi ope codicis Schafhusani obiter recognovi, adjectis tamen quæ majoris momenti in reliquis occurrere videbatur, annis 814-906 codicem Schafhusanum reliquorum auxilio emendavi.

Regino opus suum Adalberoni episcopo inscripsit; duo tunc ejus nominis, alter Basiliensi, alter Augustanæ ecclesiæ, præfuerunt; unum Augustanum Regino an. 887, et magna cum laude, in Chronico suo nominat, eique opus dedicatum esse opinari licet.

(9) Cf. Docenium in *v. Aretin Beitrage* Bd. vii, p. 239, 242.

(10) Cf. *Archiv.*, etc., t. V, p. 767.

INCIPIT PRÆFATIO ¹ OPERIS SUBSEQUENTIS.

Excellentissimi ingenii, et totius philosophiæ studiis multipliciter insignito domno ADALBERONI ² episcopo ³ Regino, quamvis omnium Christicolarum

extremus, vestræ tamen sublimitati in omnibus devotissimus, fidelia mandat orationum obsequia. Chronicam ⁴ quam de nostris et antecessorum

VARIÆ LECTIONES.

¹ Præfatio una cum libro primo deest 10. ² adhalbaroni 1. adalperoni 7. ³ episcopo trevarensi 5.

⁴ Cronica quæ, etc., 5.

nostrorum temporibus litteris comprehendi, vestrae singulari prudentiae examinandam transmissi, ut vestro perspicaci iudicio aut approbetur, aut condemnetur. Quam in duobus libellis distinximus, exordium capiens a primo incarnationis Domini anno, et consummans ceptum opus usque in praesentem annum, qui computatur a praefata incarnatione Domini nongentesimus octavus. Indignum etenim mihi visum est, ut cum Hebraeorum, Graecorum et Romanorum, aliarumque gentium historiographi res in diebus suis gesta scriptis usque ad nostram notitiam transmiserint, de nostris, quanquam longe inferioribus, temporibus ita perpetuum silentium sit, ut quasi in diebus nostris aut hominum actio cessaverit, aut fortassis indignum quod memoriae fuerit commendandum egerint, aut si res dignae memoratu gestae sunt, nul-

lus ad haec litteris mandanda idoneus inventus fuerit, notariis per incuriam otio torpentibus. Hac itaque de causa non passus sum tempora patrum nostrorum et nostra per omnia intacta praeterire, sed ex multis pauca notare curavi, et ubi ad praesentia tempora ventum est, stylo temperavi propter quorundam offensam qui adhuc sunt superstites, latius haec posteris exsequenda relinquens. Accipite ergo hoc parvum munusculum ea benignitate qua devotione missum est a mea parvitate. In calce autem obsecro lectorem, ut si illi haec dicta nostra qualiacunque sint, placuerint, et ea sibi describi voluerit, hanc praefatiunculam nullatenus omittat [quin eam in prima fronte libelli adnotari faciat.] Gloriam celsitudinis vestrae multorum utilitatibus profuturam superna providentia diu incolumem conservare dignetur.

EXPLICIT PRAEFATIO.

VARIAE LECTIONES.

^a inventus fuerit notarius, per 6. ^b notarius. . . torpens 7. ^c quin eam . . . faciat *deest* 1, 2, 3. ^d explicit praefatio. Multi decertant et adhuc sub iudice lis est, Feminei generis vel neutri chronica consent, Sed nobis potius neutro proferre videtur. *ita codex* 2.

INCIPIIT LIBELLUS

DE TEMPORIBUS DOMINICAE INCARNATIONIS.

Anno imperii Octaviani Caesaris quadragesimo secundo Jesus Christus, Filius Dei, natus est. Eadem nocte ab angelis evangelizatur, a pastoribus visitatur, octava die circumciditur, tertio decimo die, stella duce, a magis adoratur, et mysticis muneribus praedicatur. Quadragesimo die in templum cum oblatione a parentibus inducitur, a Symeone suscipitur, ab Anna agnoscitur, post haec in Aegyptum deportatur, ubi manet usque ad obitum Herodis.

Anno Domini incarnationis secundo Herodes mittens in Bethleem et in omnibus finibus ejus, pueros innocentes jugulare praecipit. Deinde in domesticos arma convertens, multos perimit, dilectam sibi conjugem Mariamnem interfecit, filios quos ex ea susceperat Aristobulum et Alexandrum in Samaria strangulari jubet, novissime Antipatrem ex Doside natum, incentorem et insimulatorem omnium malorum, gladio percutit. Post haec miserabili morte perit, anno Domini incarnationis sexto, regni vero sui 36.

Anno Domini incarnationis 7 Archelaus filius Herodis in Judaea regnat. Dominus Jesus ex Aegypto reducitur, et propter metum praedicti regis in Nazareth civitatem Galilaeae divertit, ibique usque ad tempora baptismi inhabitavit.

C Duodecimo suae aetatis anno Dominus Jesus Hierosolymam conscendit, ibique in templo in medio doctorum residens, a parentibus post triduum invenitur.

Anno Domini incarnationis 15. Archelaus a Judaeis apud Caesarem accusatus, in Viennam urbem Galliae exsilio relegatur. Regnum Judaeorum inter quatuor fratres ejus Herodem, Antipatrem, Lisanam et Philippum dividitur. Caesar Augustus postquam 56 annis et 6 mensibus Romanum rexit imperium, moritur.

Anno Domini incarnationis 16 Tiberius regnare coepit, et regnavit annos 26.

Anno Domini incarnationis 27 Pilatus Judaeae procurator a Tiberio dirigitur.

D Anno Domini incarnationis 30, Tiberii autem 15, Johannes circa regionem Jordanis baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum praedicat, multosque baptizat; inter quos ipsum redemptorem mundi, qui omnium peccata abluit, aquis Jordanicis tinguit, post baptismum Dominus in desertum secedit, 40 dies jejunit, post jejunium temptatore superato, in virtute spiritus Galilaeam ingreditur, apostolos vocat, regnum Dei evangelizat, multa signa et miracula facit.

Anno Domini incarnationis 32 Johannes bapti-

sta, insidiante Herodiade, jussu regis Herodis, in A carcere capite truncatur.

Anno Dominicæ incarnationis 33 Tyberii vero 18, Dominus sua passione mundum redemit, 40^o die post resurrectionem cælum ascendit, 58. Spiritum paraclitum misit. Matthias in loco Judæ constituitur apostolus. Jacobus frater Domini Hierosolimorum episcopus constituitur. 7 diaconi ordinantur. Stephanus lapidatur.

Anno Dom. incarn. 34 secundum Latinos, qui a Januario annum incipiunt computare, Paulus cum pergeret Damascum, a Christo de cælo vocatus, secundum Hebræos qui a Martio initium anni capiunt, eodem anno quo Dominus passus est 11 mense, id est 8. Kalendas Febr.

Anno Dominicæ incarnationis 39 Caius regnat B annos 4, menses 10, dies 8, his ergo 10 mensibus si addamus 6 qui super fuerint 56 annis Octaviani, erunt menses 17, ex quibus quatuor detractis, annus integer remanet, qui hoc in loco inserendus videtur. Herodes Agrippa Judæorum genti præficitur.

Anno Dominicæ incarnationis 43 Herodes tetrarcha cum Herodiade in Hispania mœrore perit. Pilatus, qui in Dei passione mortis sententiam protulit, sua se manu peremit.

Anno Dominicæ incarnationis 45 Claudius regnat annos 13, menses 7, dies 28. Addamus itaque his 7 mensibus 4, qui supra remanserint, fiunt 11, et 8 dies his 28 diebus, erunt 36, id est annus, et 6 dies, qui hujus temporibus adnumerandus videtur.

Anno Dominicæ incarnationis 47 Jacobus frater Johannis ab Herode decollatur, Petrus in carcerem mittitur. Idem Herodes ab angelo percutitur, Antiochiæ Spiritus sanctus discipulos alloquitur: *Segregate mihi Paulum et Barnabam.* Agrippa filius Herodis in Judæa regnat, usque ad exterminium Judæorum.

Anno Dominicæ incarnationis 48, passionis vero 14, et Claudii 4, Paulus et Barnabas ascenderunt Hierosolymam. De hac ascensione sua Paulus ipse scribit ad Galatas: « Deinde post annos tredecim ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito, et contuli cum illis, id est cum apostolis, evangelium quod prædico in gentibus. » 13 itaque anno passionis Dominicæ juxta condictum Jacobi, Zephæ et Johannis ad gentium magisterium et apostolatam Paulus profectus est, ubi numerus ipse quem posuit, recensendus est annorum. Scimus enim Petrum et Paulum apostolos post passionem Domini 38, id est ultimo Neronis anno passos fuisse, et beatum Petrum Romæ viginti quinque annis episcopalem sedisse cathedram; 25 autem anni et 14 non 38, sed 39 faciunt. Sequitur ergo ut beatum Petrum eodem 13 post Domini passionem anno, quo eum Hierosolymis alloquitur Paulus, id est quarto Claudii anno, Romam venisse credamus, simulque ni fallor hac supputatione Paulum eodem anno quo Dominus passus est, ad fidem venisse probatur,

A Eodem anno fames gravissima facta est, cujus Lucas meminit, et Claudius Britanniam intravit.

Anno Dominicæ incarnationis 53 Claudius Judæos tumultantes Roma expulit.

Anno Dominicæ incarnationis 59 Nero regnat annos 13, menses 7, dies 28.

Anno Dominicæ incarnationis 61 Festus procurator succedit Felici. Paulus vinctus Romam mittitur anno 2 Neronis.

Anno Dominicæ incarnationis 63 Jacobus frater Domini a Judæis lapidatur. Festo magistratus Judææ successit Albinus, Albino Florus.

Anno Dominicæ incarnationis 70 Vespasianus magister militiæ cum exercitu in Judæam mittitur.

Anno Dominicæ incarnationis 72 Romæ Petrus crucifigitur, Paulus decollatur. Sub Neroniana persecutione coronatur Romæ Processus et Martinianus 47, qui baptizati sunt a beato Petro et in custodia Mamertini retrusi. Torpes, Marcellus et Apuleius, Alexandriæ Marcus evangelista passus est 8 anno Neronis. Mediolanis Nazarius et Celsus, apud Miceriam Aquileia Hermagoras episcopus, Fortunatus diaconus, Felix cum Constantia.

Anno Dominicæ incarnationis 73 Vespasianus regnat annos 9, menses undecim, dies 22: his 11 mensibus additi 7 Neronis, fiunt 18; et his 22 diebus illius 28 fiunt 50 dies, id est annus, 7 menses et 20 dies, qui annus hoc in loco inseritur.

C Anno Dominicæ incarnationis 74 regnum Judææ a Tito subvertitur, templumque destruitur. Hujus temporibus Appollinaris episcopus a beato Petro Ravenna directus coronatur.

Anno Dominicæ incarnationis 83 Titus regnavit, annos 2, menses 2.

Anno Dominicæ incarnationis 85 Domitianus regnavit annos 15, menses 5; his 5 mensibus addamus 7 Vespasiani, completur annus qui hic inseritur. Hujus temporibus Johannes apostolus Romæ in ferventis olei dolium mittitur, ante portam Latinam, et in Pathmos insulam relegatur. Ubi Apocalypsim scribit. Flavia Domitilla in Pontianam insulam exiliatur. Anacleus papa tertius post Petrum martyrio coronatur.

D Anno Dominicæ incarnationis 90 Nerva regnavit annum unum, menses quatuor, dies octo. Johannes apostolus ab exilio revocatur, et apud Ephesum evangelium scribit. Hujus temporibus passi sunt Romæ Eutices, Victorinus et Maro apud Amiterinam urbem, Victorinus episcopus frater Severini.

Anno Dominicæ incarnationis 91 Trajanus regnavit annos 19, menses sex, dies 15; his 5 mensibus si addiderimus Titi secundus, Nervæ 4 fit annus, qui hoc in loco aptatur; remanent dies 28 qui supra notati sunt.

Anno Dominicæ incarnationis 101, Johannes apostolus Epheso requievit. Trajani temporibus martyrio coronantur Romæ Clemens papa, Alexander quartus post Petrum papa, Quirinus, et alia

cus Balbina, Sulpitius et Servilianus, Domitilla A et Seraphia virgines, Nereus et Achilleus, Ignatius Antiochenus episcopus : Hierosolymis Simeon episcopus filius Cleophe, in Ponto Focas episcopus.

Anno Dominicæ incarnationis 111, Adrianus regnavit annos undecim. Hujus temporibus passi sunt Romæ Sixtus papa, Getulius, Sabina, Seraphia virgo : apud Mesenam civitatem Apuliæ Eleutherius episcopus cum Anthia matre. Apud Athenas Quadratus et Atristides clari habentur, Dionysius episcopus Ariopagita : apud Tiburnam urbem Italiæ Symphorosa cum septem filiis.

Anno Dominicæ incarnationis 123 Antoninus, cognomento Pius, cum filiis Aurelio et Lucio regnavit annos 22, menses tres. Justinus philosophus claret. Suppico episcopo Hermès librum scribit, qui dicitur Pastoris.

Anno Dominicæ incarnationis 125 Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo annis 19, mense uno. Horum et supra dictorum temporibus coronati sunt Romæ Anicetus papa, Victor papa, Simetrius presbyter. Felicitas cum 7 filiis, Julius et Antoninus, Eusebius et Pontianus, Peregrinus et Vincentius ; apud Sebastem Armeniæ minoris 40 martyres sub Agricolo iudice. Apud Spoletum, Concordius. Apud Smyrnam, Polycarpus episcopus discipulus sancti Johannis. Item Germanicus et Pionius, apud Apamiam, Alexander et Gaius apud Cretam urbem, Cortinæ, Philippus episcopus, apud Pergamum Asiæ urbem, Carpus episcopus, Papirius diaconus et Justinus philosophus, apud Lugdunum Galliæ, Hireneus episcopus cum multis, Fotinus episcopus ejusdem urbis et Blandina cum aliis 48, Epipodius et Alexander ; in Syria Victor et Corona, Mediolanis Faustus, Cabillone Marcellus, item in territorio Cabillonensi, Castro Trenortio Valerianus, Alexandria Tholomeus et Lucius.

Anno Dominicæ incarnationis 144 Lucius Antoninus Commodus, post mortem patris Antonini Veri regnavit annos 13. Hujus temporibus nonnulli passi sunt quos supra notavimus, Sed iccirco hæc non per ordinem certis imperatorum temporibus exprimi potuimus, quia in quibusdam passionibus sanctorum supra nominatorum, imperatorum vocabula ita confuse posita sunt, ut cum dicat rem sub Antonino gestam, ignoretur utrum sub Pio aut sub Commodus actum sit, et cum dicit sub Lucio, ambiguum sit, utrum sub Aurelio aut sub Commodus aut sub Antonino gestum sit. Ferunt tamen quod hujus temporibus Hireneus episcopus Lugdunensis passus sit.

Anno Dominicæ incarnationis 157 Helius Pertinax regnavit menses sex.

Anno Dominicæ incarnationis 158 Severus Pertinax regnavit annos 17. Clemens Alexandrinæ ecclesiæ Pater et Pantenus philosophus clarescunt, Narcissus Hierosolymorum episcopus, Theophilus Cæsariensis insignes habentur. Leonides pater Origenis coronatur apud Carthaginem, Perpetua et Felicitas bestiis deputantur.

Anno Dominicæ incarnationis centesimo septuagesimo Antoninus cognomento Caracalla Severi filius, regnavit annos septem.

Anno Dominicæ incarnationis 171 Macrinus regnavit annum unum.

Anno Dominicæ incarnationis 172 Marcus Aurelius Antoninus regnavit annos 4.

Anno Dominicæ incarnationis 176 Aurelius Alexander annos tredecim regnavit. Origenes toto orbi clarus habetur. Hujus temporibus coronatur Romæ Calistus papa, Urbanus papa, Cæcilia virgo, Tiburtius et Valerianus, Calepodius presbyter, Asterius presbyter, Palmatus consul cum uxore et filiis, et Simplicius senator.

Anno Dominicæ incarnationis 189 Maximinus regnavit annos 3. Hujus temporibus coronantur Romæ Antheros papa, Potianus papa, Cæsarea Palestine Pamphilus et Maximus presbyteri.

Anno Dominicæ incarnationis 192 Gordianus regnavit annos sex. Origenes in Cæsarea Palestine Theodorum, cognomento Gregorium, et Antenodorum fratres divina philosophia imbuit.

Anno Dominicæ incarnationis 198 Philippus cum filio Philippo regnavit annos sex ; hic primus omnium imperatorum christianus fuit.

Anno Dominicæ incarnationis 204 Decius regnavit annum unum, menses tres. His mensibus adde Antonini Pii tres, Marci Antonini unum. Helii Pertinacis sex, fit annus, qui hoc in loco ponitur ; remanet mensis 1 et dies viginti octo, supra notati. Hujus temporibus martyrio coronantur Romæ, Fabianus papa. Xistus papa, Laurentius, Felicissimus et Agapitus diaconi, Abdo et Senes, Ipolitus et Concordia, Hireneus et Habundus, Cornelius papa, Victoria virgo, Miniates, Antiochia Babillus episcopus ; Apollonia civitate Leacus, Tirsus et Gallinecus ; Hierosolyma Alexander episcopus ; Nazanzo Trypho ; in Ægypto, civitate quæ dicitur Thinius, Phileas episcopus, et Philorionius tribunus cum aliis multis, in Sicilia, civitate Catanensium, Agatha virgo ; in Perside, Polocronius Babiloniæ et Ctesifontis episcopus, Egem Pamphiliæ, Nestor episcopus in Corduba civitate, Barmenius presbyter cum sociis apud Circensem Coloniam, Marianus et Jacobus in Tyro : Anatholia et Audax apud Africam, Nemesianus et Felix, Rogantianus presbyter et Felicissimus cum multis aliis ; Antiochiæ, Asclepiades episcopus ; Alexandriæ Agatho et Seraphion, Arsenius et Dioscorus cum sociis suis.

Anno Dominicæ incarnationis 206 Gallus cum Volusiano filio regnavit annos duos, menses 4. Origenes doctor moritur et in Tyro sepelitur.

Anno Dominicæ incarnationis 209 Valerius cum Galieno regnavit annos 15. Horum temporibus coronantur Romæ Stephanus papa, Eugenia virgo, Iovinus et Basilus, Lucius papa, Basilla, Rufina, et Secunda virgo, Tertulianus, Protus et Jacinctus, Xistus papa, Valerianus, Numesius, Symphronius et Olympius in Hispania urbe Terragonæ ; Verona Zenon epi-

scopus, et confessor Fructuosus episcopus, Augustinus et Eulogius diaconi. Cæsarea Palestinæ Marius et Artemius apud Africam civitatem, Turburno Lucernariæ, Maxia, Donatilla, et Secunda virgo. In territorio Cauallitano, vico Mitanensi, Privatus episcopus; Theodorus cognomento Gregorius Neo-Cæsareæ Ponti episcopus virtutum gloria claret.

Anno Dominicæ incarnationis 224 Claudius annum unum, menses 9; his adde quatuor Volusiani, fit annus, qui hic adnumeratur, remanet mensis 1. Hujus temporibus passi sunt Romæ Felix papa, Marius et Martha conjux ejus cum filiis, 47 milites, qui baptizati sunt a Dionysio papa. Cyrilla virgo, in Terracina Campaniæ civitate, Felix presbyter, et Eusebius.

Anno Dominicæ incarnationis 226 Aurelianus regnavit annos 5, menses 6. Hujus temporibus passi sunt Romæ Eutychianus papa, Theodora, Basilides, Tripos et Mandalia, Linguiri sancti Gemini; Loonio Civitate Conon; Cæsarea Cappadociæ Mammes, apud Prænestinam urbem Agapitus; in civitate Salona Anastasius; apud Augustodunum Symphorianus; in territorio Vivariensi, loco qui dicitur Gentibus, Andeolus subdiaconus, Andochius presbyter, Thirsus diaconus, et Felix, in castro Divione Benignus presbyter.

Anno Dominicæ incarnationis 232 Tacitus regnavit menses 6; adde 6 Aureliani, fit annus. Remanent 88 dies Floriani, his conjunge 28 dies, qui supra remanserunt, fiunt 108, id est menses 3 et 18 dies. Adde duos superfluos menses, faciunt menses 5, dies 18. Anatholius Laodiceæ Syriæ episcopus clarus habetur.

Anno Dominicæ incarnationis 233 Probus regnavit annos 6, menses 4. His adde 6 Taciti, et 5 superscriptos, fit annus, remanent 3 menses.

Anno Dominicæ incarnationis 240 Carus cum filiis Carino et Numeriano regnavit annos 2. Horum temporibus coronantur Romæ Chrysanthus et Daria, Claudius et Hilaria uxor ejus, cum filiis Jasone et Mauro, et 70 milites.

Anno Dominicæ incarnationis 242 Diocletianus cum Maximiano et Constantio, et post mortem Diocletiani, Maximianus cum Severo, Galerio et Maximiano annos 20. Horum temporibus martyrio coronantur Romæ Gaius papa, Cyriacus diaconus, Largus et Smaragdus, Apronianus, Papias et Maurus, Claudius et Propedigna cum filiis, Gabinius presbyter, Castulus Pancratius, Arthemius cum uxore et filia, Sebastianus, Marcus et Marcellianus, Marcellinus presbyter, Petrus exorcista, Tranquillinus, Nicostratus, Zoe uxor ejus, Primus et Felicianus, Claudius, Castorius Victorinus, Symphorianus, Basiliscus, Faustinus, Simplicius et Beatrix, Tiburtius filius Chromatii, Susanna virgo, Johannes, Crispus, Genesis, Felix et Adauctus,

A Lucia et Geminianus, Sergius et Bacchus, Chryzognus, Saturninus et Sisinnius, quatuor coronati, Theodorus, Pontianus, Prætextatus et Thraso; apud Spoletum Gregorius presbyter, Sabinus episcopus, Exsuperantius et Marcellus diaconi, apud insulas Parmarias Anastasia, Antiochiæ Julianus et Basilissa. In Hispaniis, civitate Cæsaraugusta, Vincentius diaconus. In Barchinona Eulalia virgo, Cucufas. Apud Gerundam Felix. In Cucumis Juliana virgo. Apud Tyrum Tyrannio, Silvanus, Peneleus, atque episcopi cum innumera multitudine. Apud Sirnium Sirenus. Nicomedia Petrus et Lucianus presbyter Antiochenus, Anthimus episcopus, Panthaleon, Johannes Adrianus, Dorotheus et Gorgonius, Eleutherius. Smyrnæ, Hierenus episcopus. In Palestina civitate Gaza Sylvanus, Mediolanis Victor. Apud Illyricum civitate Siscia Quirinus episcopus; apud Tharsum Bonifacius; apud Aquileiam Felix et Fortunatus; apud Ciliciam Vitus et Modestus cum Crescentia, Lucia virgo, in Britannia, Albanus, apud Massiliam Victor, apud Augustam Afra, in Rhetia provincia, Nicea Bithiniæ Theodora cum filiis; in Hispaniis, civitate Compluto, Justinus et Pastor fratres; in Sicilia civitate Catenum Euplius diaconus; apud urbem Italiæ Pergamis Alexander, in civitate Calcidona Euphemia. In Neapoli Campaniæ Januarius episcopus, Beneventanus, Sosius diaconi; Mesenote civitate Faustus et Desyderius. In Palestina Peleus et Nilus episcopi; in Cyzico Fausta et Evilasius, Agauno, Mauricius cum sociis; Antiochiæ Cyprianus episcopus cum Justina; apud Ægeam civitatem, Cosmas et Damianus; in Galliis, castro Solodoro, quod est super Arolam fluvium, Victor; apud Coloniam Agrippinam Gereon cum sociis; apud Tarsum Taracus, Probus et Andronicus; in Venusia civitate Apuliæ, Felix episcopus, Audax et Januarius presbyteri; Suessionis civitate Crispinus et Crispinianus; apud Sidonem Cenobius presbyter; in territorio Aganensi Tiberius, Modestus et Florentina; in Scithia metropoli Frigia Salaria Mennas; Antiochia Romanus, Alexandria Petrus episcopus; in Africa civitate Colonia virgo. In Tuscia Barbara virgo. In Hispanis Leocadia; Emerita civitate Eulalia et Julia virgines.

D [Anno Dominicæ incarnationis 243. Hujus Constantii temporibus, pace ecclesiis reddita, episcopi privatis sedibus restituuntur, et alia plura christianæ religionis profutura ceduntur. Inter quæ etiam cœnobium servorum Dei Treveri inchoatur, cui præscripti principis assensu, inter contiguos urbi muros, Johannes abbas, miræ sanctitatis vir, initia dedit. Cujus cœnobii beatus Augustinus in libro Confessionum mentionem fecit] (11).

Anno Dominicæ incarnationis 263 (12) Constan-

NOTÆ.

(11) Desunt in Codd. 1, 2, 3, 6, forsan et in reliquis.

(12) Omnia inde ab anno 263 usque ad a. 746,

id est quaterniones tres, desiderantur in codice olim Frisingensi.

tinus, Constantii ex concubina Helena filius, regnat annos triginta menses decem; his adde tres menses qui supra remanserunt fit annus, remanet unus mensis. Silvester papa clarus habetur, cujus industria synodus præclarissima toto orbe terrarum 318 Patrum apud Niceam urbem celebratur. Crux Domini nostri Jesu Christi a Juda invenitur. Sed ut in gestis pontificum Romanorum legimus, sub Constantio patre Constantini, et Eusebio pontifice Romano, eadem crux Domini inventa est. Nam ibi ita legitur: sub hujus temporibus, id est Eusebii, inventa est crux Christi, 5 Nonas Maii, et baptizatus est Judas, qui et Quiriacus.

Anno Dominicæ incarnationis 295 Constantius cum Constantino et Constante fratribus, annos 27, menses 5, dies 13. Horum temporibus Maximinus Trevirorum episcopus clarus habetur, Jacobus Nisibus episcopus agnoscitur, Antonius monachus in erema moritur, Hilarius Pictavensis episcopus, ab exilio revocatur. Julius papa in exilium mittitur; Liberius papa exilio deportatur, revocatus hæreticis favet. Felix papa deponitur, et ab hæreticis interficitur, Eusebius presbyter propter fidem catholicam in quodam cubiculum includitur, ibique post 7 menses moritur. Dionysius episcopus Mediolanensis apud Cappadociam exilio damnatur. Paulus Constantinopolitanus episcopus ab Arianis strangulatur. Paulinus episcopus Trevirorum, successor sancti Maximini episcopi, ob catholicam fidem a Constantio relegatur exilio, et usque ad mortem etiam ultra christianum nomen mutando, exilio fatigatur. Ad ultimum apud Frigiam defunctus est, inde Treveris reportatur.

Anno Dominicæ incarnationis 310 Julius regnavit annos duos, menses octo. His adde 6 qui remanserunt, fit annus, supersunt 2 menses et 18 dies. Hujus temporibus coronantur Romæ Priscus presbyter, Priscillianus clericus, Benedicta femina, Pigmus [Pimenius] presbyter, Gordianus, Demetria virgo; Johannes presbyter, item Johannes et Paulus, Faustus et Dafrosa; in Hostia Hilarius Jerosolimorum episcopus, Quiriacus et Judas, Alexandria Gallicanus, Vercellis Eusebius episcopus, Arecia civitate Donatus episcopus, Anthiochia Theodoricus presbyter.

Anno Dominicæ incarnationis 314 Jovinianus regnat menses 8. Hisdem princeps officiosis litteris Athanasium episcopum requirit.

Anno Dominicæ incarnationis 315 Valentinianus cum fratre Valente regnavit annos 11, Romæ Damasus papa clarus habetur. Mediolani Ambrosius episcopus insignis habetur. Hilarius episcopus Pictavis moritur, Athanasius Alexandria vita decedit.

Anno Dominicæ incarnationis 327 Valens cum Gratiano et Valentiniano Valentiniani fratris sui

filiis regnat annos 4. Hunni Gothos propriis sedibus pellunt. Gothi Thraciam depopulantur.

Anno Dominicæ incarnationis 332 Gratianus cum fratre Valentiniano regnavit annos 6. Theodosius a Gratiano imperator creatur. Synodus 150 Patrum congregatur urbe Augusta sub Damaso papa. Theodosius Arcadium filium consortem imperii facit. Maximus in Britanniam imperator creatur, in Galliam apud Lugdunum Gratianum Augustum interfecit, fratrem ejus Valentinianum. Italia expulit. Martinus Turonorum episcopus virtutum gloria fulget. Hieronymus sacræ scripturæ interpres in Bethleem insignis habetur.

Anno Dominicæ incarnationis 339 Theodosius, qui Gratiano vivente 3 annos jam orientem regabat, post ejus mortem regnavit annos undecim, Maximum tyrannum quarto ab Aquileia lapide interfecit. Siricus papa Romanam regit ecclesiam. Hieronymus librum de illustribus Viris scribit. Apud Ægyptum Johannes heremita celebratur, qui Theodosio de tyrannis victoriam prædixit.

Anno Dominicæ incarnationis 350 Archadius filius Theodosii cum fratre Honorio regnavit annos 15. Gothi Italiam, Wandali atque Alani Gallias aggrediuntur. Corpora Abacuc et Micheæ prophetarum revelantur. Innocentius papa Romanam regit ecclesiam. Sanctus Martinus episcopus ad celestia transit. Severinus episcopus Coloniae Agrippinæ clarus habetur. Augustinus episcopus eximius doctor in Ipponensi ecclesia divinam philosophiam dogmatizat. Pelagius Britto gratiam Dei impugnat.

Anno Dominicæ incarnationis 364 Honorius cum Theodosio minore fratris sui filio regnavit annos 15. Alaricus rex Gothorum Romanam invadit anno 7 Honorii. Corpora sanctorum Stephani protomartyris, Gamalielis et Nichodemi, Luciano presbytero revelantur. Bonifacius papa, et Celestinus Romanam regunt ecclesiam. Hieronymus presbyter obiit 12 Honorii anno, ætatis autem suæ 97; libros suos per 50 annos confecit¹⁰.

Anno Dominicæ incarnationis 370 Theodosius minor, Archadii filius, regnavit annos 26. Valentinianus junior, Constantii filius, Ravennæ imperator ordinatur. Gens Wandalarum, Alanorum et Gothorum Africam devastat. Augustinus episcopus inter ipsas obsidionum angustias migravit ad Dominum. Wandali capta Carthagine, in Siciliam transeunt. Xistus Romanam regit ecclesiam; hujus temporibus Leo magnus apostolicam obtinuit cathedram, ad quem, et ad Pulceriam Augustam, multa super Eutecetis errorem scribit Flavianus Constantinopolitanus episcopus, et Euticem dampnat.

Anno Dominicæ incarnationis 397 Marcianus et Valentinianus regnaverunt annos 7. Joannes baptisti

VARIE LECTIONES.

⁹ Wandali atque Anani 1, 2, 3. V. a. Alani 6. ¹⁰ libros suos per annum confecit 1. 2. 3: — 0 ut supra.

duobus monachis caput suum manifestat. Germanus episcopus Autisiodorensis, et Lupus Trekasensis episcopus, in Britanniam diriguntur. Post hæc Germanus apud Ravennam moritur. [Severus episcopus Treveris, Policeronius Virduni, Albinus Catalaunensis discipuli sancti Lupi clari habentur. Aurelianus Timavus episcopus claret. 6.] Leo episcopus Marciano multa fidei dogmata scribit. Anatolius episcopus Constantinopolitanus Euticetis errorem dampnat, et a Leone papa arguitur, quod contra Nicenum concilium, Antioenam et Alexandrinam ecclesias, sibi subdere voluisset. Aetius patricius a Valentiniano occiditur apud Arelatum. Hilarius episcopus doctissimus atque præclarissimus vir, qui vitam sancti Honorati prædecessoris sui composuit, moritur.

Anno Dominicæ incarnationis 405 ¹¹ Leo regnat annos septemdecim, huic Leoni Leo papa plurima scribit. Theodorus episcopus civitatis Syriæ, historiam ecclesiasticam a fine librorum Eusebii scribit. Hilarius papa Romanam ecclesiam gubernat. Victorinus, jubente papa Hilario, revolutionem magni anni describit.

Anno Dominicæ incarnationis 414 Zenon regnavit annos 17. Odoacer rex Gothorum Romam obtinuit. Theodericus, cognomento Walager, utramque Macedoniam depopulatur. Honoricus rex Wandalorum Arrianus, in Africa plusquam 334 episcopis fugatis, ecclesias eorum clausit, et plebes variis suppliciis affectit. Felix papa dampnavit Achatium Constantinopolitanum episcopum et Petrum Alexandrinum. Gelasius vir prudens, Felici papæ in pontificatu succedit. Hic etiam dampnavit Achacium et Petrum. Post hunc Anastasius præsul efficitur, qui voluit occulte revocare Acaium, sed non potuit, qui etiam nutu divino percussus est.

Anno Dominicæ incarnationis 421 Anastasius regnavit annos 29. Transmundos rex Wandalorum 220 episcopos exilio Sardiniam misit. Hujus et Zenonis temporibus sub Wandalica persecutione martyrio coronantur, apud Africam Eugenius Carthaginensis episcopus, et cum eo plusquam 500, item Liberatus abba, Bonifacius diaconus, Servius et Rusticus subdiaconi, Rogatus et Septimus monachi, et Maximus puer, primo igne injecti, post remorum vectibus enecati sunt. Item Murcianus et Satyrianus, et Maxima virgo, et cum eis 370 crudeliter perempti sunt. Item Papias et Mansuetus. Vulteius, Valerianus, Urbanus et Crescens, Felix et Hortolanus episcopi, in confessione cursum vitæ consummaverunt. Item Daliva, Dionisia et Emelianus medicus cum multis aliis, Valerianus episcopus. Symmachus papa ecclesiam Romanam gubernat, pecuniam et vestes per Africam et Sardiniam episcopis in exilio missis ministrat. Post hunc Hormisda papa constituitur. Clodoveus rex Francorum, qui in Gallias regnat 30 annos, Syagrium patricium interficit. Cumbadum

A regem de Burgundia expulit. Alamannos tributarios facit. Anno 12 regni sui, a sancto Remigio, Remorum episcopo, una cum Francis baptizatur. [Atrebatius Vedastus episcopus ordinatur, 6] Mamerus episcopus Viennensis ecclesie triduanas letanias instituit ante ascensionem Domini. Clodoveus cum Alarico, rege Gothorum, in Aquitaniam juxta Pictavis confligit, eumque regno et vita privat. Amalricus filius Alarici in Hispaniam regnum paternum obtinuit. Anastasius imperator Clodoveo dona regia mittit. Clodoveus Reginarium propinquum atque consortem regni interficit. A transitu sancti Martini usque ad mortem Clodovei sunt anni 112. Quatuor filii ejus Theodericus, Clodomerus, Childebertus, et Clotharius regnum patris inter se diviserunt, Anastasius imperator fulmine perit.

Anno Dominicæ incarnationis 450 Justinus senior regnavit annos 8. Joannes papa, a Theoderico rege Gothorum Ravennam propter fidem catholicam in custodia mittitur, ibique moritur. Idem tyrannus Symmachum patricium interficit. Boetium in liberalibus disciplinis nulli secundum, in carcerem trudit, in quo cum ipsa philosophia miris disputationum argumentis conqueritur. Præfatus Theodericus subita morte perit. Athalaricus in regnum succedit. Benedictus pater, et primus in loco qui Sublacus dicitur, et postea in castro Cassino, vir magnæ virtutis apostolicis virtutibus effulsit. Felix et Bonifacius Romanam regunt ecclesiam. Sigismundus, rex Burgundionum, monasterium sanctorum Agaunensium ædificat. Idem a supradictis filiis Clodovei interficitur. Theodericus cum filio Theodeberto et fratre Clothario Thuringiam depopulatur. Erminfridum Thuringorum ducem apud Tulpiacum extinguit.

Anno Dominicæ incarnationis 459 Justinianus, Justini ex sorore nepos, regnavit annos 38. Hic per Belisarium patricium Persas fortiter devicit. Perque ipsum Belisarium Wandalorum gentem, capto eorum rege Gelismero, usque ad internecionem delevit, Africamque totam post annos 96 et 6 Romano imperio restituit. Rursusque Belisarii viribus Gothorum in Italia gentem, capto Witisi eorum rege, superavit. Mauros quoque post hæc Africanam infestantes, eorumque regem Athalam per Johannem consulem mirabili virtute prostravit. Leges quoque Romanas, quarum prolixitas gravabat, minoravit, et inutiles dissonantias mirabili brevitate correxit. Extruxit quoque Constantinopoli templum, quod græco vocabulo *Ἁγία Σοφία* nominavit, cujus opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non possit inveniri. Hujus temporibus Cassidorus Roma tam seculari quam divina scientia claruit. Hic primitus consul, deinde senator, ad extremum monachus efficitur. Romæ Dionisius abba paschales scribit circulos. Apud Constantinopolim Priscianus Cæsariensis grammaticæ artis, ut

VARIÆ LECTIONES.

¹¹ Anno d. i. 415. l.

ita dixerim, profunda rimatus est, tumque nihilominus Arator Romanæ ecclesiæ subdiaconus, poeta mirabilis, apostolorum actus versibus exametris decoravit. Hujus temporibus Romanam rexerunt ecclesiam Johannes, Agapitus, Sylverius, et Vigilius. Sylverius a Belizario jussu Theodoræ Augustæ in exilium mittitur, et ibi moritur. Vigilius quoque eo quod nollet revocare Anthemum, episcopum Constantinopolitanum, a Justiniano in exilium truditur, revocatus ab exilio, cum Romam revertetur, in Sicilia civitate Syracusana calculi dolore moritur. Pelagius in pontificatu succedit. Per idem tempus Albuinus, filius Oduini, Langobardis jam decimus imperat, qui filiam Clotharii regis Francorum Clothuindam in matrimonium habuit. Childebertus rex Francorum, cum exercitu Hispaniam intrat, Amalricum regem, filium Alarici, in prælio extinguit, multum aurum, et argentum inde asportat. Clotarius filios fratris sui Clodomeri cultro confodit. Theodericus rex moritur, Theodebertus filius ejus post eum regnat.

Anno Dominicæ incarnationis 498 Justinianus minor regnavit annos 11. Narses patricius Totilam regem Gothorum in Italia occidit. Idem cum ducibus Theodeberti regis Francorum Buccellino, et Emingo qui Italiam depredabantur, pugnavit, eosque interfecit. Narses apud Justinum et ejus conjugem Sophiam accusatur a Romanis, quod servitiis Italiam premeret, et statim Longinus præfectus mittitur, qui Narsetis locum obtineret. Cui inter cætera Sophia, quia eunuchus erat, hoc fertur mandasse, quod cum puellis in genitio lanarum faceret pensas dividere. Ad hæc ille respondit, talem se ei telam orditurum, qualem ipsa, dum viveret, deponere non posset; statimque genti Langobardorum mandat ut venirent et possiderent Italiam. Johannes papa Romanam ecclesiam regit. Childebertus et Clotharius reges cum exercitu Hispaniam intrant, Cæsaraugustanam civitatem obsident. Cives induti ciliciis tunicam sancti Vincentii super murum circumferunt Deumque contrito corde exorant. Reges divina inspiratione miseratione flexi obsidionem solvunt. Episcopus ejusdem civitatis Childeberto regi pro munere stolam beati Vincentii dat. Inde rex Parisius basilicam in honorem beati Vincentii construxit.

Albuinus cum Langobardis Italiam intravit et Gisulfum nepotem suum Forojulani præfecit. Theodebertus rex Italiam intrat, cum Langobardis certamen init, eosque superat, in Franciam reversus moritur. Non multo post tempore Childebertus rex Parisius moritur, et in basilicam sancti Vincentii sepelitur. Regna quæ fratres et nepotes tenebant, in Clotharii rediguntur potestatem.

His temporibus Medardus episcopus migravit ad Dominum, quem Clotharius rex cum debito honore Suessionis sepelivit. Post hæc Clotharius rex moritur, et in basilicam sancti Medardi sepelitur. Quatuor filii ejus regna inter se diviserunt. Heribertus regnum

A Childeberti accepit, et sedem Parisius habuit, Guntranus regnum Clodomeri tenuit, sedemque constituit Aurilianus. Hilpricus regnum patris sui Clotharii, cathedram Suessionis habuit. Sigibertus regnum Theodorici Remis sive Metis sedem statuit. Huni qui et Avars comperta morte Clotharii, super Sigibertum inruunt. Quibus ille in Thuringiam occurrens, eos juxta fluvium Albiam potenter superavit. Hic Sigibertus legationem in Hispaniam mittens Brunichildem Adanachildi regis filiam petit, eamque in conjugium accepit, de qua filium Childeberti nomine suscepit; Heresbertus derelicta legitima uxore, quæ vocabatur Ingoberga, duas sorores Marcovesam et Merofildam, sibi in matrimonium jungit, ex quo scelere excommunicatus est a sancto Germano Parisiorum episcopo, et justo Dei judicio percussus moritur, et in basilica sancti Romani sepelitur. Regnum ejus Sigibertus arripuit. Helpericus Geilsuindam sororem Brunichildis in conjugium accepit, quam paucis interjecto tempore, suggerente Fredegunde, in lecto strangulavit. Deinde Audoveram reginam a se sepulit, eo quod adhortante Fredegunde, filiam propriam a sacro fonte suscepisset, et eandem Fredegundem sibi in matrimonium jungit. Habuit vero ex supra dicta Audovera tres filios, Theodebertum, Meroveum et Clodoveum. Theodebertus jussu patris trans Liguriam regionem, quam avunculus ejus Herebertus tenebat, occupat et apud Pectavis cum Gulidaldo duce Sigiberti dimicat, eumque superat. Sigibertus cum exercitu Parisius venit, fratremque Helpericum bello aggreditur, in quo prælio supradictus Theodebertus occubuit. Helpericus fugiens cum uxore et filiis Torniacum ingressus¹² est, ibique se commisit. Quem cum Sigibertus ibique persequeretur, dolo Fredegundis reginæ a duobus pueris ejus interficitur. Quem fratres in basilica sancti Medardi sepeliunt. Ea tempestate Brunichildis cum filio adhuc parvulo Parisius morabatur. Gundaldus dux, apprehensum puerum nocte latenter aufugit, eumque in regnum paternum reportavit. Eademque Brunichildis Rothomagum in exilium mittitur, ubi veniens Meroveus, filius Helprici, eam sibi in conjugium sociavit. Ex qua causa postea a patre adtonsus, monachus efficitur, et presbyter ordinatur. Eodem tempore sanctus Germanus Parisiorum episcopus ad Dominum transit, et in basilicam sancti Vincentii sepelitur. Childebertus matrem Brunichildem requirit, quam Helpericus reddere jubet, Narses patricius de Campaniam Romanam venit, ibique moritur; corpus ejus in locello plumbeo cum omnibus divitiis ejus Constantinopolim perlatum est. Benedictus papa Romanam ecclesiam gubernat, Fortunatus poeta in Galliis insignis habetur, qui natus quidem in loco, qui Duplalis dictus fuit, qui locus haud longe a Cenitensi castro vel Tarvisiana distat civitate, sed tamen in Ravenna nutritus et doctus, in arte grammatica sive rhetorica seu metrica clarissimus existit. Qui amore

VARIE LECTIONES.

¹² Helpericus fugiens cum uxore et filiis, Albinus episcopus Andegavis clarus habetur, Torniacum ingressus 1.

sancti Martini in Gallias transiens, primo Turonis, deinde Pictavis habitavit, in qua civitate episcopus ordinatus est.

Albuinus rex cum Langobardis Tarvisium, Vincentiam, Veronamque, et reliquas Venetiæ civitates capit. Deinde [Liguriam ingressus Mediolanum cepit, et] omnes Liguriæ civitates. Ticinensis civitas ultra tres annos obsidionem perferens Langobardis se tradidit, omnesque civitates armis ceperunt, præter Romam et Ravennam, vel aliqua castra quæ erant in maris litore constituta. Albuinus postquam in Italia tres annos et sex menses regnavit insidiis suæ conjugis interemptus est. Elmigisus qui Albuinum occiderat, cum Rosimunda regina Ravennam ad Longinum præfectum fugit, auferens secum Albisindam, filiam regis et omnem Langobardorum thesaurum, ubi ambo veneno perierunt. Longinus Albisindam, filiam Albuini, cum Langobardorum thesauris Constantinopolim dirigit. Langobardi Gallias ingrediuntur. Horum adventum vir Dei Hospicius qui apud Niceam erat inclausus, sancto sibi revelante Spiritu, longe ante prævidit, quibus occurrit Amatus dux Guntramni regis, et commisso bello a Langobardis extinguitur. Mummulus in locum ejus subrogatur, qui ex Langobardis multos interfecit, eosque in Italiam redire compulit.

Anno Domini incarnationis 510 Tiberius Constantinus regnavit annos 7. His cum sub Justino adhuc Cæsare palatium regeret, et multas cotidie eleemosynas faceret, magnam ei Dominus copiam auri subministravit: nam deambulans per palatium vidit in pavimento tabulam marmoream, in qua erat oryx Dominica sculpta, quam inde levari jubens, invenit defossum magnum thesaurum, habentem supra mille auri centenaria. Hic etiam thesaurus Narsetis a quodam sene, qui eum cum aliis terræ mandaverat, manifestatus est, qui tantus fuit, ut vix per multos dies cisterna in qua jacuerat, a deportantibus potuisset evacuari. Huic Sophia Augusta insidias temptavit ingerere. Procedente enim eo ad villam, ut juxta ritum imperialem 30 diebus ad vindemiam jocundaretur, vocato Justiniano nepote Justini mariti, voluit eum in regno sublimare; quo comperto, Tiberius apprehensam Augustam omnibus thesauris spoliavit, solum ei victum relinquens. Hujus exercitus Persas debellavit, tantamque prædam cum 20 pariter elephantis detulit, ut humanæ crederetur posse sufficere cupiditati. Ad hunc et Helpericus rex Francorum suos legatos dirigens, multa ab eo ornamenta, aureos etiam singularum librarum suscepit, habentes ab una parte effigiem imperatoris, scriptum in circulo Tiberius Constantinus perpetuus Augustus, ab alia parte habentes quadrigam et ascensorem, in circuitu scriptum Gloria Romanorum. Hujus diebus Gregorius diaconum cum esset apocrisarius in urbe Constantinopolitana, Morales libros composuit, Eutychemque ejusdem urbis episcopum de resurrectione errantem, in conspectu Augusti superavit. Pelagius papa Ro-

manam regit ecclesiam, qui absque jussione principis ordinatus est, eo quod Langobardi Romam obsiderent, nec posset quisquam progredi. Helpericus rex descriptiones novas per consilium Fredegundis in omni regno suo facit, ut unusquisque possessor de propria terra, de uno arpenne unam amphoram vini ad partem regis daret, et de jugere modium unum; unde populus valde oppressus vociferabatur ad Dominum. Immisit autem Dominus plagam in domo regis, et ipse ægrotare cepit, et duo filii ejus mortui sunt. Rex perterritus descriptiones combussit, et tributum indulsit. Post hoc cognovit uxorem suam, quæ peperit filium, quem appellavit Clotharium. Huic fuit postea rex magnus, qui genuit Dago-

bertum. Anno Domini incarnationis 517 Mauritius regnavit annos 20. Hunc Tiberius, sentiens sibi diem mortis imminere, una cum consilio Sophiæ Augustæ ad imperium elegit, ornataque sua filia regalibus ornamentis eam tradidit, et cum ea omne imperium. Langobardi cum per annos 40 sub potestate ducem fuissent, regem super se statuunt Otharium filium Clephonis, quem etiam ob dignitatem Flavium appellaverunt, quo pronomine Langobardorum reges usi sunt. Duces qui tunc erant, et ob restaurationem regni omnem substantiarum suarum medietatem regalibus usibus tribuunt, ut esse posset, unde rex ipse sive qui ei aderant, per diversa officia alerentur, Mauritius imperator Childeberto, regi Francorum, quinquaginta milia solidos, per suos legatos direxit, petens ut Langobardos de Italia exterminaret. Qui cum Francis Italiam intrat, Langobardi munera tribuunt, et pacem cum eo faciunt, imperator solidos requirit sed ille suorum virium potentia fretus, pro hac re nec responsum reddidit. Idem Childebertus bellum adversus Hispanos gerens, eorum acies superavit. Causa hujus certaminis ista fuit. Childebertus Ingundam sororem suam Herminigildo, Levigildi Hispanorum regis filio, in conjugium tradiderat, qui Herminigildus prædicatione Leandri, episcopi Hispaliensis, atque adhortatione suæ conjugis ad catholicam fidem conversus fuerat, quem pater impius in ipso sacramento paschali die securi percussit. Ingundis post mariti mortem, cum in Gallias repedare vellet, a piratis tenetur, atque in Siciliam deducitur, ubi et moritur. Filius ejus imperatori est transmissus.

Eo tempore fuit aquæ diluvium in finibus Venetiæ et Liguriæ, seu in cæteris regionibus Italiæ, quale post Noe tempus creditur non fuisse. Subsecuta est statim pestis inguinaria, quæ tanta strage populum devastavit, ut de inestimabili multitudinis pauci remanerent. In hac tribulatione Gregorius a cunctis generaliter papa electus est, et in pontificali et in cathedra sublimatus.

Per idem tempus isdem Gregorius papa Augustinum, Mellitum et Johannem cum aliis pluribus monachis timentibus Deum in Britanniam misit, eorumque prædicatione ad Christum Anglos con-

vertit Regaretus rex Gothorum frater Herminigildis A martyris, per prædicationem Leandri episcopi ad fidem catholicam convertitur.

Gens Anglorum ad Christum convertitur, Edilbertus rex eorum baptizatur.

Gregorius papa libros Regulæ pastoralis, quos in episcopatus sui exordio scripserat, libros etiam quos in Expositione beati Job jamdudum Constantinopoli fecerat, supradicto Leandro episcopo mittit, cui etiam pallium ex benedictione sancti Petri dirigit.

Mauritius imperator legationem ad Childebertum regem dirigit, mandans ei, ut quod prius non fecerat, nunc adimpleret, ut Langobardos ab Italia removeret: qui exercitum in Italiam direxit, et commissa pugna cum Langobardis, Francorum acies graviter attristæ sunt. Abrincatis Paternus episcopus, civis Pictaviensis, nitescit.

Flavius rex Otharius Theodolindam, Garibaldi Bajoariorum ducis filiam, in conjugium accepit.

Childebertus, iterato in Italiam exercitu Francorum cum 20 ducibus ad bellandum Langobardorum aciem direxit; qui per tres menses Italiam pervagantes, plurima castra deposuerunt, et innumerabilem multitudinem captivorum inde adduxerunt; regem autem Otharium nocere non potuerunt, qui intra Ticinensem urbem se communi-erat. Exercitus, quia tempus æstivum erat, propter inconsueti aeris incommoditatem, dysenteriae morbo graviter fatigatur, et ob id in patriam redire compellitur. Tassilo super ~~Bayariorum~~ a Childeberto dux constituitur. Otharius rex ad Guntrannum regem, patrum Childeberti, legatos misit, ut per ejus nutum ~~pax inter Childebertum~~ et eundem Otharium firmaretur. ~~De visione Gun-~~trani regis. Erat autem iste Guntramnus rex pacificus, omni bonitate ornatus. Is cum quodam die venatum in silvam isset, ut solet fieri, hac illaque discurrentibus sociis, ipse cum uno fideli suo solus remansit, et gravi somno depressus, capite in genibus ejus reclinato, obdormivit. De cujus ore parvum animal egressum, tenuem rivulum, qui prope discurrerat, transire moliebatur. Tunc is in cujus gremio quiescebat, spatham suam eduxit, eique ex ea pontem fecit, per quem ad partem aliam transivit, et in quoddam foramen montis ingreditur, et post paululum revertitur, et per eandem spatham rivulum transiens, in os Guntramni ingreditur, statimque a somno excitatus miram se visionem vidisse testatur asserens se quemdam fluvium per pontem ferreum transisse, et in quadam spelunca multum pondus auri aspexisse. Is in cujus gremio dormierat, cum rem per ordinem retulisset, effossus est locus, et inestimabiles thesauri reperti sunt, de quo auro ciborium solidum, miræ magnitudinis et magni ponderis fecit, et supra corpus sancti Marcelli martyris in civitate Caballonis poni fecit. Nec est usquam ullum opus ex auro affectum, quod ei valeat comparari. Nec post multum tem-

pus idem rex, cum thesauros suos ecclesiis ac pauperibus erogasset, moritur, et in eadem basilica sepelitur.

Regnum ejus Childebertus et filii ejus obtinuerunt. Per idem tempus venit sanctus presbyter Goar ex Aquitania, et in territorio Treverensi, in pago Trigorio supra ripam Rheni, et rivulum qui Wochara dicitur, oratorium in honore sanctæ Dei genitricis construens, orationibus, eleemosynis et prædicatione verbi insistens, plenus virtutibus in eodem loco quievit.

Circa hæc etiam tempora Helpricus rex, insidiis suæ conjugis Fredegundis, cum de venatione rediret, interficitur, et Parisius in basilica sancti Vincentii sepelitur. Clotharius adhuc puer a matre et Landrico, qui tunc major domus erat, in regnum sublimatur.

Audiens Childebertus avunculum mortuum, regnum illius occupare nititur, et cum immenso exercitu Francorum et Burgundionum juxta Suessionis civitatem venit, ubi eis Fredegundis cum Landrico duce occurrit, et pugna commissa, exercitus Childeberti graviter cæsus fugit. Post idem tempus Childebertus moritur, habebat autem duos filios, unum ex concubina nomine Theodobertum, qui major natu erat, alterum ex regina, nomine Theodericum. Hujus regis major domus fuit Arnolfus. Theodebertus regnum patris obtinuit, Theodericus regnum Guntramni, idem Burgundiam, cum avia sua Brunichilde.

Post hæc bellum inter Clotharium et Theodericum ~~inter Clotharium~~ super fluvium Aroana, tantaque cædes de utroque populo facta est, ut ipse alveus de cadaveribus hominum repletus, magis cruorem quam ~~adquam~~ ~~videretur~~ videretur. In prædicto, ut aiunt, certamine visus est angelus Domini evaginatum gladium super populum tenens. His temporibus sanctus pater Columbanus ex Hybernia cum beato Gallo et aliis probatissimis discipulis in Burgundiam venit, ibique permittente rege Theoderico, monasterium quod Luxovium dicitur, ædificavit. Exinde a Brunichilde fugatus, Alamanniam ingressus est, ibi sanctum Gallum discipulum suum reliquit. Ipse vero in Italiam transiens monasterium, quod Bovium dicitur ædificavit, ubi et multorum pater exstitit monachorum.

Per idem tempus rex Otharius moritur, et Agilulfus dux Taurinatium, accepta Theudelinda regina in conjugium, super Langobardos in regem elevatur, quibus Gregorius papa de pace inter Langobardos et Romanos conservanda, multa scribit. Prædictæ etiam reginæ quatuor libros, quos de Vita sanctorum composuit transmisit. Quem codicem dialogorum id est duorum locutionum, quia eum colloquens cum suo diacono Petro ediderat, appellavit. Per hanc reginam multum utilitatis Ecclesia consecuta est. Agilulfus cum Theoderico rege Francorum, perpetuam pacem fecit. Cœnobium sancti Benedicti abbas a Langobardis noctu invaditur, monachi Romam petierunt, secum codicem sanctæ regulæ, nec non

pondus panis et mensuram vini deferentes. Mauricius imperator cum filiis suis Theodosio, Tiberio et Constantino, a Focato, qui fuit strator Prisci patritii, occiditur.

Anno Dominicæ incarnationis 538 Phocas regnavit annos 8. Hujus secundo anno Gregorius papa migravit ad Dominum, cui in pontificatu Sabinianus successit, quo defuncto Bonifacius papa constituitur. Hic obtinuit apud Focatum principem, ut sedes apostolica caput esset omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat. Hic menses 8 et dies 20 in chathedra residens, perrexit ad Dominum. In cujus loco iterum Bonifacius consecratur. Hic petit Focam, ut in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, quod a Domitiano Cæsare fuerat constructum, ecclesiam sibi consecrari liceret, quod annuit imperator. Post hunc Deusdedit in pontificatu sublimatur. Eleutherius patritius et cubicularius imperatoris in Neapoli civitate interfecit Joannem tyrannum.

Persæ adversus rempublicam gravissima bella gerunt, et Hierosolymam intrantes, vexillum Dominicæ crucis asportant. Anastasius monachus illustre martyrium pertulit. Nam a Persis multa pro Christo perpressus, ad extremum a Cosroe, rege eorum, decollatus cum aliis 70.

In Francia inter Theodericum et Theodobertum fratres, instigante Brunichilda avia, gravissimum oritur bellum, eo quod Theodobertus non legitimus hæres regni diceretur, quia de pellice erat natus, et apud Tulpiacum castrum summis viribus decertatum, Theodobertus terga vertit, et Coloniam fugit, inde abstractus, et a fratre attonsus, clericus efficitur, et non post multum ab eodem fratre trucidatur, et duo filii ejus interficiuntur. Post hæc præfatus Theodericus fraude Brunichildis veneno periit, duo filii ejus a Brunichilde interficiuntur. Regna quæ præfati reges tenuerant, in potestatem Clotharii transeunt.

Brunichildis, propter multa maleficia quæ perpetrat, jussu Clotharii equorum indomitorum caudis religata discerpitur. Agilulfus rex Langobardorum moritur, et Rodoaldus filius ejus in regnum stabilitur.

Anno Dominicæ incarnationis 546 Heraclius regnavit annos 26. Qui adversus Persas bellum aggressus, occiso Cosdroe eorum rege, Persas in ditionem accepit, et lignum sanctæ crucis Jerosolymam, unde sublatum fuerat, cum magna veneratione restituit. Bonifacius quintus, et Honorius, Severinus et Joannes Romanam regunt ecclesiam,

Heduinus rex Anglorum prædicante Paulino episcopo, ad Christi fidem cum sua gente convertitur. Honorius papa Scotos in observatione paschæ errantes per epistolam redarguit, similiter et Joannes successor Severini facit.

Per idem tempus fuit major domus in palatio Clotharii regis Arnulfus, vir, ut postmodum claruit, Deo, amabilis, qui post gloriam sæculi Christi se servitio subdens mirabilis in episcopatu extitit. Huic Dagobertus filius Clotharii, in annis puerilibus positus,

A traditus est a genitore, ut eum secundum suam sapientiam enutret, eique tramitem christianæ religionis ostenderet. Hic postquam ad virilem ætatem pervenit, Sandragisilum, ducem Aquitanie et eorum consiliarium patris, eo quod se quadam contumacia desciperet, verberibus affecit, et barbæ rasiõne deturpavit. Quod cum pater cognovisset, eum ad supplicia requirit. Ille furorem patris timens in basilicam sanctorum Dyonisii et sociorum ejus confugit, eorumque tutelam supplex exposcit. Quorum suffragantibus meritis, a nullo potuit inde extrahi, quosque commissum facinus pater indulgeret. Unde et illum potissimum dilexit locum, ubi postmodum ingentia dona contulit, et numerosa prædia dedit. Post hæc Dagobertus cum Pippino duce in Austria regnaturus a patre dirigitur, et sancti Arnulfi Metensis episcopi consiliis commendatur. Rodoaldo Langobardorum rege mortuo, Rotharius eidem regno præficitur.

Anno Dominicæ incarnationis 572 Heraclones filius Heraclii, cum matre sua Martina regnavit annos 2. Cyrus Alexandriæ, Sergius et Pyrrhus regie urbis episcopi, unam operationem in Christo divinitatis et humanitatis, et unam voluntatem dogmatizant, et ob hoc a Theodoro papa et aliis episcopis condemnati sunt. Dagobertus filius Clotharii, cum Saxonibus dimicans, graviter ab eis vulneratur, patremque per legatum vocat in auxilium, qui festinus cum exercitu venit, et interfecto eorum duce Bertaldo, ita Saxones armis perdomuit, ut omnis virilis sexus ejusdem terræ incolas, qui gladii, quem tunc forte gerebat, longitudinem excessissent, perimeret.

Circa hæc tempora Sisenandus, et post eum Chintilla, in Hispania regnaverunt. Horum temporibus synodus bis facta est in urbe Toletana, ubi plurima de fide catholica et religione christiana promulgata sunt et scripto roborata. Sub his etiam regibus Isidorus Hispalensis ecclesiæ episcopus, floruit, nulli modernorum doctorum postponendus, qui multa de fidei regulis ecclesiasticisque disciplinis disputavit.

Post idem tempus conjunx regis Persarum, nomine Cæsara, pro Christi amore, privato habitu venit Constantinopolim, et post aliquot dies baptizata, ab Augusto de sacro fonte levata est. Quam vir ejus requirens, cum 40 militaribus viris pacifice Constantinopolim venit, a quo satis digne susceptus, cum omnibus quos secum adduxerat, baptizatus est, et ab Augusto de fonte levatus, multisque muneribus honoratus, accepta conjuge ad patriam repedavit.

Anno Dominicæ incarnationis 575 Constantius filius Heraclii, frater Heraclonæ, regnavit mensibus 6. Pyrri successor Paulus, non tantum vesana doctrina sicut decessores ejus, sed et aperta persecutione catholicos cruciat; ob hoc et ipse sicut prædecessores ejus a sede apostolica dampnatus est.

Anno Dominicæ incarnationis 576 Constantinus, filius Constantii filii Heraclii, regnavit annos 28. Hic a supradicto Paulo deceptus, hæreticus efficitur, exposuitque typum adversus catholicam fidem, nec

unam nec duas voluntates aut operationes in Christo definiens esse confitendas, quasi nihil velle, vel operari credendus sit Christus. Unde a Martino papa et 103 episcopis sub anathemate damnati sunt supra nominati episcopi. Hac de re idem Martinus papa in exilium mittitur apud Cersonam, ibique moritur, ubi etiam miraculorum gloria fulget. Eugenius papa constituitur, quo vita decedente, Vitellianus in ejus loco subrogatur.

Rothario Langobardorum rege mortuo Grimaldus vir strenuus regnum obtinuit. Per id tempus Clotharius ex Francorum moritur, et suburbano Parisius in basilica sancti Vincentii sepelitur. Dagobertus monarchiam totius Imperii obtinuit, excepto quod fratri suo Heriberto contra ligerim, et limitem quo tenditur partibus Wasconiae, pagum scilicet Tolosanum, Catureclum, Aganensem, Petrogoricum et Santonicum vel quod ab his versus Pyreneos montes excluditur, concessit. Grimaldus rex Bertarit virum potentem persequitur. Quem idem rex in sua fide suspiciens, adulatorum et detrahentium linguis stimulatus, dolo occidere meditatur, sed industria Hunoldi fidelissimi satellitis per murum Ticinensem fane depositus in Franciam ad Dagobertum fugit, mortisque periculum evasit. Per idem tempus Theodorus archiepiscopus et Adrianus abba doctissimus a Vitelliano papa missi sunt in Britanniam, plurimasque ecclesias Anglorum doctrinae apostolicae fruge fecundarunt, e quibus Theodorus archiepiscopus peccantium judicia, quantis scilicet annis pro uno quoque peccato quis penitere debeat, mirabili et discreta consideratione describit.

His diebus Constantinus Augustus Italiam a Langobardorum manu eripere cupiens, Constantinopolim egressus venit Athenas; inde mare transgressus Tarentum applicuit, inde Beneventum intravit, omnesque pene civitates Langobardorum per quas venerat cepit. Luceriam usque ad solum prostravit. Deinde Beneventum cum omni exercitu circumdabit, ubi Rumaldus filius Grimaldi regis se incluserat. Imperator accepta obside praedicti Rumaldi sorore, soluta obsidione Neapolim proficiscitur. Inde Romam perrexit, cui sexto ab urbe miliario Vitellianus papa cum sacerdotibus et populo Romano occurrit qui obtulit beato Petro pallium auro textile, et manens apud Romam diebus 12, omnia que fuerant antiquitus instituta ex aere in ornamentum civitatis deposuit, in tantum, ut etiam basilicam beatæ Mariæ, quæ aliquando Pantheon vocabatur, discooperiret, tegulasque aereas inde auferret. Post hæc Neapolim reversus, itinere terreno perrexit civitatem Regium, ingressusque Siciliam habitavit in Syracuse, mansit autem in Siciliam 6 annos, ubi post plurimas et inauditas depredationes in balneo a suis extinctus est. Post hujus mortem Mezentius in Sicilia regnum arripuit; sed absque orientalis exercitus voluntate, contra quem Italiae milites, alii per Istriam, alii per Campaniam, alii vero a partibus Africae et Sardiniae venientes in Syracusas, eum vita privarunt.

A Constantinopolim caput falsi imperatoris deportatum est.

Hæc audiens gens Sarracenorum, quæ jam Egyptum et Alexandriam pervaserat, subito cum multis navibus venientem Sciliam invadunt, Syracusas ingrediuntur, multamque stragem faciunt populorum, auferentes quoque prædam nimiam et omnem illum, quem Constantinus a Roma abstulerat ornatum in aere et diversis speciebus, ad Alexandriam reversi sunt.

Anno Dominicæ incarnationis 605 Constantinus filius Constantini superioris augusti, regnavit annos 17. Donus papa apostolicam sedem tenet. Quo defuncto, Agatho papa ordinatur. Constantinus Augustus 150 episcopos congregari fecit in urbe regia, inter quos etiam fuerunt legati sanctæ Romanæ ecclesiæ, missi ab Agathone papa, Johannes diaconus, et Johannes Portuensis episcopus, qui omnes hæresin dampnaverunt, quæ unam operationem et voluntatem in Domino Jesu Christo asseverabat. Ea hora tantæ aranearum telæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur, et per hoc significatum est, quod sordes hæreticæ pravitatis depulsæ essent. Et Georgius quidem patriarcha Constantinopolitanus correctus est, ceteri vero in sua defensione perseverantes, anathematis sunt ultione percussi. Recta autem fides et vera hæc est, ut in Domino nostro Jesu Christo, sicut duæ sunt naturæ, hoc est Dei et hominis, sic etiam duæ credantur esse voluntates sive operationes.

C His temporibus solis eclipsis facta est 5 Non. Maii, moxque subsecuta est gravissima pestis tribus mensibus, Julio, Augusto et Septembri. Tunc visibiliter multis apparuit, quia bonus et malus angelus noctu per civitatem bergerent, et ex jussu boni angeli malus angelus qui videbatur venabulum manu ferre, quoties de venabulo ostium cuiuscumque domus percussisset, tot de eadem domo sequenti die homines interirent.

Per id tempus Dagobertus rex Brunulfum, avunculum Heriberti fratris sui, propter infidelitatem suam interfici jussit, qui ab Amalgario et Arneberto ducibus, et Willibaldo patritio interfectus est.

D Post discessum igitur beati Arnulfi, adhuc consilio Pippini, qui major domus dicitur, et Cuniberti pontificis urbi Coloniae, Dagobertus utens, ab ipsis fortiter admonitus, prosperitatis et justitiæ amore complexus, universarum sibi gentium subditarum favoribus extollebatur. Habuit filium ex quadam puella nomine Regindruda, quam frater ejus, Heribertus Aurelianus veniens de sacro fonte suscepit. Namque dum eundem puerum Amandus episcopus benediceret eumque caticumenum faceret, finita oratione cum nemo respondisset Amen, aperuit Dominus os pueri, qui non amplius quam quadraginta dies habebat, et cunctis audientibus respondit Amen. Vocatus est idem puer Sigibertus. Arnulfus episcopus et Romaricus abba clari habentur.

Eo anno legati regis Dagoberti Servatus et Pater-nus a Constantinopoli regressi sunt, petitque impe-

rator Dagobertum, ut omnes Judæos regni sui secundum fidem catholicam baptizare præciperet, aut de regno expelleret, siquidem in siderum signis cognoverat, quod a circumcisis gentibus divino nutu ejus imperium esset vastandum. Et rex quidem summo hoc peregit studio, sed imperatori non de Judæis, sed de Sarracenis fuerat demonstratum.

Post hæc Heribertus moritur, relinquens filium parvulum nomine Helpricum, qui etiam paulo post moritur. Regnum quod tenuerat, ad Dagobertum transit.

Grimaldus rex Langobardorum cum Dagoberto pacis firmissimæ fœdus inlit. Quod cum profugus Bertarius cognovisset, metuens Grimaldum, egressus a Gallia ad Britanniam insulam properare disposuit. Interea Grimaldus moritur, cumque jam Bertarius navim ingressus, aliquantum per pelagus navigasset, vox a litore audita est: Revertatur Bertarius in patriam suam, quia tertius dies est hodie quod Grimaldus rex mortuus est. Qui statim reversus regnum Langobardorum obtinuit, atque Cunibertum filium suum consortem regni facit Agathone papa decedente, Leo junior locum ejus obtinuit. Post hunc Benedictus ordinatur. Dagobertus rex cum Sclavis conflixit eosque superavit, quibus præerat tunc dux nomine Samo. Vascones etiam rebellantes ferro compeseuit. Huni et Vulgares inter se prælia conserunt, Huni Vulgares superant, qui devicti et Pannonia expulsi, novem milia cum uxoribus et liberis regem Dagobertum expetunt, terram ad manendum requirunt. Quos rex ad hiemandum Bajoariam recipere præcepit, dispersosque per domos omnes una nocte cum mulieribus et liberis interficere fecit. Circa hæc tempora defuncto Sisebodo rege Hispaniæ, Sisenandus quidam ex proceribus Dagobertum regem expetiit, ut ei auxilium ferret, quatinus regnum Hispaniæ obtinere posset; in hujus beneficii recompensatione missorium aureum regi promittit, pensantem auri pondera 50. Rex exercitum misit cum Habundantio et Venerando ducibus, regnumque vitibus Francorum Sisenandus obtinuit. Missorium Gothis contradicentibus, non transmisit, sed ducenta milia solidos promissorio regi Dagoberto persolvit; quod argentum rex sancto Dionysio dedit. Edildrudis regina et virgo apud Anglos clara habetur.

Gens Sarracenorum ex Ægypto in Africam cum nimia multitudine pergens, obsessam Carthaginem cepit, et crudeliter depopulatam ad solum usque prostravit.

Anno Dominicæ incarnationis 612 Justinianus minor filius Constantini regnavit annos 10. Joannes, Conon et Sergius Romanam regunt ecclesiam, Kyllanus, episcopus Wirzburgensis, Arnal¹² ejus discipulus clarescit. Justinianus Africam a Sarracenis abstulit, et cum eisdem pacem terrarumque fecit. Hic Sergium pontificem, quia in er-

rorem illius synodi quam Constantinopolim, fecerat, favere et subscribere noluit, misso Zacharia protospatario suo Constantinopolim deportari jussit; sed militibus repugnantibus, jussa principis perficere non potuit.

Adalgisus tyrannus, dux Tridentinæ civitatis, adnitentibus Aldone et Grausone Brixianis civibus, et aliis multis ex Langobardis, contra Cunibertum regem debellat, eumque de regno expellit, sed resumptis viribus Cunibertus præfatum tyrannum in prælio interficit. Dagobertus rex Mettis veniens, cum consilio pontificum et procerum filium suum Sigibertum in regno Austriæ sublimat, eumque Cuniberto, episcopo Coloniensis ecclesiæ, et Pippino duci commendat.

Sequenti anno ei filius natus est ex Nandhilda regina quem Ludovicum appellavit, cui regnum Neptricum atque Burgundiæ dandum post suum discessum nominavit. Post hæc idem Dagobertus moritur, et in basilica sancti Dionysii sepelitur: fuit autem providus in consilio, cautus in judicio, strenuus in militari disciplina, largus in elemosynis, studiosus in componenda pace ecclesiarum, et præcipue devotus in ditandis sanctorum cœnobiiis. Qui quamvis omnia loca sancta excoluisset, tamen præ cæteris monasteria sanctorum Dionysii, Martini, atque Mauriti excoluit, et omni ecclesiastica dignitate nobilitavit. Regnum ejus, sicut ipse vivens diviserat, filii ejus tenuerunt. Ega major domus cum Nantilda regina regnum Clodovei administrat.

Circa hæc tempora cum in castro Casino vasta solitudo existeret, venientes de Celmanicorum vel Aurelianensium regione Franci, venerabilis patris Benedicti ejusque germanæ Scolasticæ corpora auferunt, et in suam patriam absportant. Corpus sancti Benedicti in territorio Aurelianensi, in monasterio quod vocatur Floriacus, sepultum est. Porro sanctæ Scolasticæ in partibus Cenomanensium religiosorum devotione conditum.

Rege Cuniberto mortuo, de regno Langobardorum inter principes magna fit controversia, pluri interficiuntur, nonnulli excæcantur; mulieres etiam quæ se reginas fore jactaverant, naso et auribus abscisis deturpantur; ad extremum Heribertus dux Taurinensium regnum obtinuit.

Anno Dominicæ incarnationis 632 Leo augustalem dignitatem arripiens, Justinianum regno privavit, eumque exulem in Ponto servavit, regnumque Romanorum tribus annis rexit. Sergius papa in sacrario beati Petri apostoli magnam portionem ligni Dominicæ crucis reperit, quæ ex tempore illo ab omni populo in basilica Constantiniana, de exaltationis ejus osculatur ac adoratur. In Britannia Cudbertus, Lindisfarnensis ecclesiæ episcopus, clarus habetur, in Galliis Audoenus Rotomagensis, Eligius Noviomensis, Sulpitius Bituriacensis episcopi, clari habentur. His etiam temporibus venerabilis vir Willibrordus, cognomento Clemens, de Britan-

VARIE LECTIONES.

¹² Arnal 2. De S. Kiliano ejusque discipulo nulla mentio in cod. 6.

nia gentis Anglorum, ob gratiam evangelii in Gal-
lias transiens, a Sergio papa episcopus Fresonum
consecratur, atque in eandem gentem ad prædi-
candum dirigitur.

Anno Dominicæ incarnationis 635 Tiberius re-
gnavit annos 7. Hic contra Leonem insurgens, re-
gnum ejus invasit, eumque toto quo ipse regnavit
tempore, in eadem civitate in custodia tenuit. Gi-
sulfus dux Beneventum et Campaniam igne, gladio
et captivitate vastavit. Joannes Romanam regit ec-
clesiam. Hic universos captivos quos Gisulfus ce-
perat redemit, atque Langobardos domum redire
fecit, cui successit alius Johannes.

Ludovicus rex, corpus beati Dionysii discoope-
riens minus religiose, licet, cupide, os brachii fre-
git et rapuit, confestimque stupefactus in amen-
tiam incidit, et post duos annos vitam cum regno
finivit. Hoc tempore synodus Aquileiæ facta ob im-
peritiam fidei, quintum universale concilium susci-
pere diffidit, quæ synodus facta fuerat temporibus
Vigilii papæ, contra hæreticos qui beatam Mariam so-
lum hominem, non Deum et hominem, genuisse
affirmabant, in qua synodo catholice institutum
est, ut Maria semper virgo *θεοτόκος* diceretur, quia
non solum hominem, sed vere Deum et hominem
genuit.

Ea ætate claruit Lambertus Tungrensium ecclesiæ
episcopus, qui dum regiam domum zelo religionis
accensus increpasset, ab iniquissimo Dodone et
aliis viris de palatio missis improvise conclusus
intra domum ecclesiæ, in Leodio vico occiditur.

Anno Dominicæ incarnationis 642 Justinianus se-
cundo Tiberio filio regnavit annos 6. Hic regnum
rursus recipiens, eos qui se expulerant patrios
occidit, Leonem quoque et Tiberium qui locum
ejus usurparant, cepit, et in medio circo coram
omni populo jugulari præcepit. Gallicinium vero
patriarcham Constantinopolitanum erutis oculis Ro-
mam misit, Cyrumque abbatem, qui eum in Ponto
exulem aluerat, episcopum in loco Gallicini consti-
tuit. Sisinnius et Constantinus Romanam regunt
ecclesiam. Hunc Constantinum ad se venire jubens
Justinianus, honorifice suscepit ac remisit; quem
prostratus in terram pro suis peccatis intercedere
rogans, cuncta ecclesiæ privilegia renovavit. Qui
cum exercitum in Pontum mitteret ad comprehen-
dendum Philippicum, quem ibi religaverat, multum
eum isdem papa prohibuit, sed tamen inhibere
non potuit. Exercitus qui missus contra Philippi-
cum fuerat, ad partem ejus se contulit, et eum im-
peratorem fecit, qui Constantinopolim contra Ju-
stinianum veniens, eum eo ab urbe miliario duode-
cimo pugnavit, et eum occidit, regnum adeptus
est. Imperavit autem, ut præmisimus, hac secunda
vice 6 annos, quem Leo in expulsionem ipsius nari-
bus detruncavit; qui post iterum assumpto impe-
rio, quotiens defluentem guttam rheumatis manu
detersit, pene totiens aliquem ex his, qui contra
eum fuerant, jugulari præcepit.

Dum hæc in oriente aguntur, Ansprandus qui
apud Bajoariam 9 exulaverat annos, cum Bajoa-

riis Italiam venit, pugnavitque cum Heriberto
rege eumque vicit; qui dum in Franciam fugere
vellet, Ticinum fluvium ingressus cum equo tran-
snatare conatus est, sed quia auro gravatus erat,
aquis suffocatus extinctus est, Ansprandus re-
gnum obtinuit 3 tantummodo menses. Post ejus
interitum Liutprand, filius ejus in regali constitui-
tur solio.

Apud Francorum quoque gentem Pippino vita
exempto, ejus filius Carolus in principatu successit,
licet per multa bella et certamina de manu Regin-
fridi eundem principatum sustulerit. Nam cum in
custodia teneretur, divino nutu ereptus aufugit, ac
primum contra Reginfridum cum paucis bis terque
certamen iniit, ad extremum eum apud Vinciacum
magno certamine superavit. Cui tamen unam, ut
ferunt, hoc est Andagavensem civitatem ad habi-
tandum concessit, cunctam vero Francorum gen-
tem ipse gubernandam suscepit.

Anno Dominicæ incarnationis 648 Philippius
regnavit annum unum et menses 6. Hic postquam
imperiali dignitate confirmatus est, Cyro de ponti-
ficatu abjecto, ad gubernandum monasterium
suum in Pontum redire præcepit. Hic Constantino
papæ litteras pravi dogmatis direxit, quas ille re-
spuit, statuitque populus Romanus, ne hæretici
imperatoris nomen, aut chartas aut figuram solidi
susciperent. Contra hunc Anastasius, qui et Arte-
mius dictus est, insurgens eum regno expulit, ocu-
lisque privavit.

Anno Dominicæ incarnationis 650 Anastasius
regnavit annos 3. Hic litteras Constantino papæ
per Scholasticum patricium et exarchum Italiæ di-
rexit, quibus se factorem catholicæ fidei et sexti
concilii prædicatorem esse declaravit. Defuncto
Gisulfo duce Beneventano, Romaldus filius ejus lo-
cum ejus obtinuit.

Circa hæc tempora Petronax, civis Brexianæ ur-
bis, divino amore compunctus, castrum Cassinum
petiit, et monasterium sancti Benedicti, quod jam
tunc 100 et 10 annos destructum manebat, reædi-
ficavit, multorumque monachorum pater ibi exti-
tit. Gregorius papa constituitur; hic Bonifacium
ex Britannia ortum episcopum ordinavit, et per
eum in Germaniam verbum salutis prædicavit, et
gentem illam sedentem in tenebris evangelica luce
illustravit.

Carolus princeps contra Ratbodum, regem Fres-
sonam, multa certamina conserit. Qui tyrannus
divino nutu percutitur anno præfati principis 4;
anno 5 regni sui pugnavit idem Carolus adversum
Saxones, eosque vicit.

Anastasius imperator classem in Alexandriam
contra Sarracenos direxit. Exercitus de medio iti-
nere reversus, Theodosium imperatorem elegit,
atque coactum in solio imperii confirmavit. Qui
Theodosius apud Mycenæ civitatem Anastasium
gravi prælio vicit, septem milia de exercitu ceci-
derunt, datoque sibi sacramento, eum clericum
fieri et presbyterum fecit ordinari.

Anno Dominicæ incarnationis 654 Theodosius re-

gnavit annum unum. Hic postquam regnum accepit mox in regia urbe imaginem illam, in qua sancta synodus erat depicta, et a Philippico erat dejecta, pristino in loco erexit. His diebus ita Tiberis fluvius inundavit, ut, utra alveum suum egressus, multa Romanæ fecerit exitia civitati, ita ut in Via lata ad unam et semis staturam excresceret, atque a porta sancti Petri usque ad pontem Molvium aquæ se descendentes conjungerent.

Anno Dominicæ incarnationis 655 Leo regnat annos 9. His temporibus Sarracenorum gens cum immenso exercitu veniens, Constantinopolim circumdedit, ac per continuum triennium obsedit, donec civibus multa instantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, bello, pestilentiaque perirent, ac sic pertesi obsidionis abscederent. Eorum maxima multitudo tempestate in mari periit, intra Constantinopolim vero tempore obsidionis 300 milia hominum pestilentia interiit.

Liutprandus rex ossa sancti Augustini episcopi a Sardinia transtulit, et in urbem Tycinensem cum debito honore sepelivit: idem rex Ravennam obsedit, classem invasit atque destruxit.

Carolus princeps 10 anno regni sui cum Bajoariis pugnavit, eosque vicit. Idem rex, quintodecimo anno regni sui Alamanniam ingressus, contra Lantfridum dimicavit, et sibi eandem gentem subjecit. Sextodecimo anno regni sui Vasconiam ingressus, Eudonem ducem Aquitanie bello perterrit.

17 anno Sarraceni ex Hispania cum uxoribus et parvulis venientes, Aquitaniam Gallie provinciam quasi in ea habitaturi intrant; Carolus quidem, ut dictum est, cum Eudone Aquitanie principe tunc discordiam habebat, qui tamen, in unum se conjungentes, contra eosdem Sarracenos pari consilio dimicaverunt. Nam irruentes Franci super eos, 375 millia ex eis interfecerunt. Eudo quoque super eorum castra irruens, pari modo multos interficiens, omnia devastavit. Mille tantum quingenti ceciderunt ex Francis, ut in epistola ab Eudone missa Gregorio papæ de eadem victoria continetur.

Ea tempestate Leo imperator sanctorum imagines depositas incendit, Romanoque pontifici Gregorio similia facere, si suam vellet habere gratiam, mandavit. Sed pontifex hoc facere contempsit. Omnis quoque Ravennæ exercitus vel Venetiarum talibus jussis uno animo restiterunt, et nisi pontifex eos prohibuisset, alium imperatorem super se constituerent.

Per idem tempus Liutprandus rex castra Æmiliæ, Feronianum et Montembellium, Brueta et Perticeta, Bononianum et Pentapolim Auximumque invasit, sed post aliquos dies, Romano pontifice elaborante, Romanis reddita sunt. Leo Augustus ad pejora progressus, est, ita ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes tam vi quam blandimentis, sanctorum imagines deponere, et quascunque invenire potuit, incendio concremavit. Et quia plerique ex populo tale scelus fieri prohibebant, aliquanti ex eis capite truncati, alii

PATROL. CXXXII.

A parte corporis multati sunt; cujus errori Germanus patriarcha non consentiens, a propria sede depulsus est, et ejus in loco Anastasius presbyter ordinatur. Circa hæc tempora Carolus princeps Pippinum filium suum ad Liutprandum regem direxit, ut ejus juxta morem capillum incideret: qui ejus cæsariem incidens, ei pater effectus est, multisque eum ditatum regis muneribus genitori remisit.

Carolus 18 anno regni sui cum exercitu in Wistracha venit, eamque suæ ditioni subjecit. Anno 20 regni sui iterum cum valida manu Vasconiam ingressus est, et Eudonem regno simul et vita privavit, sequenti anno contra filios ejusdem Eudonis dimicavit.

B Anno 22 regni sui Sarracenorum exercitus rursus in Galliam introiens multam devastationem fecit, contra quos Carolus non longe a Narbona bellum committens, eos sicut et prius maxima cæde prostravit.

Anno 24 regni sui iterato Sarraceni Gallorum fines ingressi, usque ad Provinciam venerunt, et capta Arelato, omnia circumquaque demoliti sunt. Tunc Carolus, ad Liutprandum regem mittens, auxilium contra Sarracenos exposcit, qui nihil moratus cum omni Langobardorum exercitu in ejus adjutorium properavit: quò comperto gens Sarracenorum mox ab illis regionibus aufugit.

Anno 26 regni sui Carolus bellicosissimus et victoriosissimus princeps Francorum moritur.

C Fiunt igitur, ni fallor, anni ab incarnatione Domini computati a quadragesimo secundo anno imperii Octaviani, usque ad ultimum Leonis Augusti annum, qui temporibus Caroli principis regnasse cognoscitur, 718, menses 3, dies 2.

Discernamus etiam, si placet, eosdem annos Domini per tempora pontificum Romanorum, et videamus, quomodo sibi tempora principum et præsulum adinvicem comparata respondeant.

Beatus Petrus apostolus Romæ in episcopali cathedra sedit annos 25, menses 2, dies 2.

	sedit	annos	menses	dies
Linus		11	3	13
Cletus	—	12	1	11
Clemens	—	9	2	10
D Anacletus	—	9	2	10
Euvaristus	—	9	10	2
Alexander	—	10	7	1
Xistus	—	10	2	1
Telesphorus	—	11	3	21
Yginus	—	4	3	3
Pius	—	19	4	3
Anicetus	—	11	4	3
Sother	—	9	6	21
Eleutherius	—	15	3	2
Victor	—	10	2	10
Zepherinus	—	8	6	10
Calixtus	—	6	2	10
Urbanus	—	4	10	13
Pontianus	—	9	5	2

Antherus	sedit	annos	menses	dies
		12	1	12
Fabianus	—	14	11	11
Cornelius	—	2	2	2
Lucius	—	3	3	3
Stephanus	—	7	5	2
Sixtus	—	1	10	23
Dionysius	—	6	2	4
Felix	—	4	3	25
Eutichianus	—	1	1	1
Gaius	—	11	4	12
Marcellinus	—	9	4	25
Marcellus	—	5	7	21
Eusebius	—	6	1	3
Melchiades	—	4		
Silvester	—	24	10	10
Marcus	—	2	8	20
Julius	—	15	2	6
Liberius	—	6	3	4
Felix	—	1	3	2
Damasus	—	18	3	12
Siricius	—	13		
Anastasius	—	3		10
Innocentius	—	15	2	21
Zosimus	—	1	3	11
Bonifacius	—	3	8	7
Celestinus	—	8	10	17
Sixtus	—	8		19
Leo	—	21	1	19
Hilarius	—	6	3	10
Simplicius	—	15	1	7
Felix	—	8	11	18
Gelasius	—	4	8	18
Anastasius	—	1	11	24
Symachus	—	15	7	27
Hormisda	—	9		17
Mercurius	—	2		26
Felix	—	4	2	14
Bonifacius	—	2		26
Agapitus	—		11	18
Silverius	—	1	5	11
Vigilius	—	18	6	26
Pelagius	—	11	10	18
Joannes	—	12	11	26
Benedictus	—	4	1	28
Pelagius	—	10	2	10
Gregorius	—	14	6	10
Sabinianus	—	1	5	9
Bonifacius	—	8		22
Honorius	—	12	11	13
Severinus	—		2	4
Joannes	—	1	9	18
Theodorus	—	6	5	18
Martinus	—	1	1	26
Eugenius	—	1	8	24
Vitellianus	—	6		
Adeodatus	—	4	2	5
Donus	—	1	5	10
Agathos	—	2	6	4

A Leo	sedit	annos	menses	dies
			10	17
Benedictus	—		10	12
Joannes	—	1		9
Conon	—		11	
Sergius	—	14	8	23
Joannes	—	3	2	12
Joannes	—	2	6	
Sisinnius	—			20
Constantinus	—	7		13
Gregorius	—	16	9	11
Gregorius	—	10	8	25
Zacharias	—	12	3	14

Fit ergo, ut arbitramur, summa horum a temporibus beati Petri apostoli usque ad Zachariam B papam, qui principio regni Pippini Romanam gubernat ecclesiam, anni 703, menses 8, dies 26. Quivus si addamus quindecim annos Octaviani, 23 Tiberii, 3 Caii, similiter 3 Claudii, quia 4 Claudii anno Petrus apostolus Romam venit, et ipse jam annus in pontificatu ejus computatur, colliguntur anni 747; supercrescunt itaque anni pontificum annos principum Romanorum 29 annis. Quid horum potius sequendum sit, prudens lector videat. Illud tamen pro certo scimus, quod nec augustorum, nec antistitum numerus annorum cyclis Dionysii concordat, siquidem in alio plus, in alio minus invenitur. Nam secundum Dionysium anno Dominicæ incarnationis 744 Carolus princeps moritur, et Pippinus suscepit principatum; C potest autem fieri ut vitio scriptoris numerus sit depravatus annorum.

Hæc idcirco, ab ipso incarnationis Domini anno exordium capientes, usque huc perduximus, ut quia sequens libellus a nostra parvitate editus, per ejusdem incarnationis Dominicæ annos tempora principum et gesta declarat, iste nihilominus, quo tempore, quod in loco, vel quid sub unoquoque principe actum sit, summam demonstrat. Triumphos quoque sanctorum martyrum et confessorum, quibus in locis, vel sub quibus regibus coronam gloriæ perceperunt, nominatim aperiat. Igitur ubi iste finitur, ille consequenter initium capiat, et ubi ille incipit, iste finem sortiatur.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

D **INCIPIIT LIBER DE GESTIS REGUM FRANCORUM.**

Anno Dominicæ incarnationis 741 Carolus filius Pippini, major domus et bellicosissimus dux Francorum, defunctus est.

Anno Dominicæ incarnationis 742 Carolomannus et Pippinus filii ejus duxerunt exercitum contra Hunoldum ducem Aquitanorum, et ceperunt castrum quod vocatur Lucas, in eodem itinere dividerunt regnum Francorum inter se, in loco qui dicitur Vetus Pictavis; posthæc Carolomannus eodem anno Alamanniam cum exercitu vastavit.

Anno Dominicæ incarnationis 743 Carolomannus et Pippinus contra Odilonem, ducem Bajoariorum, duxerunt exercitum, et inierunt pugnam, et victores

effecti. Carolomannus absque fratre in Saxoniam perrexit, et cepit castrum quod dicitur Hoohseoburch per placitum et pacis conditionem, et Theodericum Saxonem obsidem accepit; qui, sacramentis datis, in patriam dimissus est redire, sed posthabito sacramento fefellit ¹⁴.

Anno Dominicæ incarnationis 744 iterum Carolomannus et Pippinus Saxoniam cum exercitu ingressi sunt, et rursus captus est supradictus Theodericus.

Anno Dominicæ incarnationis 745 Carolomannus confessus est suo germano Pippino, quod mente disposuisset mundum relinquere, et pro amore Dei regnum terrenum deserere, ut in futura vita centuplicatam reciperet possessionem. Et in hoc anno nullam fecerunt expeditionem, sed præparavit se uterque, Carolomannus ad iter quod decreverat, et Pippinus, ut germanum suum ad locum honorifice cum muneribus et debita munificentia prosequeretur.

Anno Dominicæ incarnationis 746 Carolomannus Romam perrexit, ibique se totondit, et, in Sarapte monte monasterium ædificavit in honore sancti Sylvestri, ibique aliquod tempus moram factens, exinde ad sanctum Benedictum in Cassinum usque pervenit, et ibi monachus effectus est. Fertur autem de hoc sancto viro exemplum memorabile. Cum adhuc Romæ positus in monasterio quod sibi ædificaverat, ab omnibus propter regiam nobilitatem, et, quod majus est, propter contemptum regni terreni et gloriam præsentis seculi, veneretur et laudibus extolleretur, timens vir Deo plenus favorem laudis humanæ, qui tanta pro Christo reliquerat, fugam magis arripere disposuit, quam vanæ gloriæ subjacere. Et hoc tantummodum uno fido socio confessus, quem ab infantia in omnibus fidelem probaverat, cum eo noctu omnibus aufugit insciis, et ad Casinum montem usque pervenit, nihil secum portans ex omnibus bonis quæ corpori erant necessaria, nudus Christum secutus est. Et juxta morem portam monasterii pulsans, colloquium patris monasterii expetiit, in cujus præsentiam cum venisset, mox in terram corruit, se homicidam esse, se reum omnium criminum protestans, misericordiam exposcit, pœnitentiæ locum exquirat. Pater cum hominem peregrinum esse cognovisset, interrogat cujus patriæ aut gentis esset; at ille confessus est se Francum esse, et ex Francia pro tali scelere migrasse, exilium libenter ferre paratum, tantum ut patriam celestem non amitteret. Spiritualis pater, ejus precibus annuens, præcepit eum in cella novitiorum recepti una cum suo collega, ibique probari secundum quod regula jubet, et tanto arctius quanto barbaræ et ignotæ gentis homo erat, implens illud apostolicum: « Probate spiritus si ex Deo sunt. » Itaque probatus in omni patientia, sociatus est congregationi una cum collega, post emensum

A anni circulum professus stabilitatem, conversionem morum, et obedientiam secundum regulam sancti Benedicti. Cœpit autem irreprehensibiliter inter fratres conversari, omnibus virtutibus polens. Accidit autem, ut, juxta quod mos est, ad coquinæ officium hebdomadarius deputaretur; quod cum libenter quidem faceret, sed in multis ignoranter offenderet, cocus vino exæstuans ei alapam dedit dicens: Ita te fratribus deservire oportet? Cui ille motus, placido vultu respondit: Indulgeat tibi Dominus, frater, et Carolomannus. Neque enim cuiquam nomen suum prodiderat, ne ex vocabulo agnosceretur. Rursus cum in quibusdam cibariis administrandis errasset, iterum a coco percussus est, cui eadem quæ supra imprecatus est. Et cum jam tertio a coco crudeliter cœderetur, indignatus ille comes individuus suæ peregrinationis, quod tantus vir a tam vili persona tam contumeliose afficeretur, jam ferre non valens, arripuit pilum, unde panis in holera fratrum mittendus conterebatur, et eum omni annisu percussit, dicens: « Nec tibi Deus parcat, serve nequam, nec Carolomannus indulgeat. » Fratres hoc audito valde commoti sunt, quod homo alienigena et pro misericordia receptus talia facere præsumpsisset. Protinus itaque custodiæ mancipatur, ut die sequenti talis præsumptio acrius vindicaretur. In crastinum productus de custodia in medio conventu sistitur; percunctatus cur manus extendere in fratrem ministrum ausus fuisset, respondit: « Quia, inquit, vidi servum nequiores omnibus, virum meliorem et nobiliorem omnium quos in terra conversari scio, non solum verbis dehonestari, sed etiam plagis affici. » Furore nimio exagitati, quod eum, qui peregrinus venerat, cæteris prætulisset, interrogant quis esset ille, qui bonitate et nobilitate omnes anteiret? cur saltem patrem monasterii non excepisset? Ille necessitate compulsus celare non valens, quod Deus jam manifestari volebat, ait: « Iste est Carolomannus quondam rex Francorum, qui pro Christi amore regnum et gloriam mundi dereliquit, qui de tanta excellentia ita se humiliavit, ut modo a vilissimis personis non solum contumeliis afficiatur, verum etiam verberibus affligatur. » Quo audito tremefacti a sedibus surgunt, pedibus ejus se prosternunt, veniam postulant de contemptu, ignorantiam profitentur; ille contra in terram provolutus, cum lachrymis negare cœpit, hæc non esse vera, non se esse Carolomannum, sed hominem peccatorem et homicidam; collegam suum perterritum propter commissum piaculum hæc excogitasse. Quid plura? Cognitus ab omnibus cum magna reverentia est observatus. Hæc non passi sumus præterire; nunc ad chronica revertamur.

Anno Dominicæ incarnationis 747 Gripho fugit in Saxoniam, et Pippinus iter faciens per Turingam,

VARIÆ LECTIONES.

¹⁴ Fefellit. His temporibus fundari cœptum est Fuldense cœnobium a sancto Bonifacio archiepiscopo in solitudine Bochenia 3.

in Saxoniam introivit usque ad fluvium Missacha in loco qui dicitur Scahaningi, et Gripho, collecta manu, una cum Saxonibus super fluvium Obacro sedit in locum, qui dicitur Orhemum.

Anno Dominicæ incarnationis 748 Gripho de Saxonia egressus est, in Bajoariam pervenit, ipsumque ducatum sibi subjugavit. Hiltrudem cum Thassilone cepit, et suæ ditioni subiecit. Suideger venit in solatium supradicti Griphonis. Hæc audiens Pippinus cum exercitu illuc venit, omnesque supranominatos sibi subjugavit, Griphonem et Lantfridum secum duxit in Franciam, Thassilonem ducem Bajoariorum constituit. Griphonem vero in partibus Neustriæ misit, et ei 12 comitatus dedit; inde iterum Gripho fugiens Wasconiam petiit, et ad Waipharium ducem Aquitanorum pervenit.

Anno Dominicæ incarnationis 749 Burchardus Wirziburgensis ecclesiæ episcopus, et Folradus capellanus missi sunt Romæ ad Zachariam papam, ut interrogarent de regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regiam potestatem, reges tamen vocabantur, si bene essent an non? Et præfatus papa mandavit Pippino, melius sibi videri illum regem vocari qui potestatem haberet, quam illum qui sine regali potestate manebat, et ne perturbaretur Christianitatis ordo, per auctoritatem apostolicam jussit Pippinum regem creari, et sanctæ unctionis oleo inungi.

Anno Dominicæ incarnationis 750 Pippinus secundum morem Francorum electus in regem, et unctus per manum sanctæ memoriæ Bonifacii Mogontiacensis urbis archiepiscopi et elevatus est a Francis in regno in Suessionis civitate. Hildericus vero, qui falso rex vocabatur, attonsus est et in monasterium missus.

Anno Dominicæ incarnationis 751 Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, et Hildegarius episcopus occisus est a Saxonibus in castro quod dicitur Wigbere, et tamen Pippinus rex victor extitit, et pervenit usque ad locum qui dicitur Rimia, et reversus est in Franciam, ubi ei nuntiatum est quod Gripho, qui in Vasconiam fugerat germanus ejus occisus est. Stephanus papa in Franciam venit, solatium et adiutorium quærens pro justitiis sancti Petri. Venit autem et Carolomannus, monachus et germanus supradicti regis, per jussionem abbatis sui in Franciam, quasi ad conturbandam petitionem apostolicam. Hoc anno natale Domini in Theodonis villa, pascha in Carasiaco dominus rex celebravit.

Anno Dominicæ incarnationis 752 supradictus Stephanus papa confirmavit Pippinum sancta unctione in regem, et cum eo inunxit duos filios ejus Carolum et Carolomannum ad regiam dignitatem. Eodem anno sanctus Bonifacius archiepiscopus annuntians Dei verbum, in Fresia a paganis inter-

fectus, martyr Christi occubuit. Walfridus ¹⁵ abba in Italia clarescit.

Anno Dominicæ incarnationis 753 ¹⁶ Pippinus rex per apostolicam invitationem Italiam ingressus est, justitiam Petri apostoli quærens. Haistulfus rex Langobardorum supradictam justitiam contradicendo, Thermopylas, id est clusas, Langobardorum petiit, et obviam Pippino regi et Francis venit, et commisso prælio, Domino auxiliante et beato Petro intercedente, Pippinus cum Francis victor extitit. Eodem anno Stephanus papa reductus est ad suam sedem per missos regis Pippini, Folradum et aliis plurimis; incluso vero Haistulpho rege in Papia civitate, necessitate ductus justitiam sancti Petri pollicitus est faciendam. Ex hac promissione rex Pippinus obsides 40 recepit, et cum sacramenta firmata reversus est in Franciam. Nec superfluum judicavimus, si epistolam ejusdem papæ Stephani hac de causa scriptam huic operi inseramus: continet enim hunc modum: « Stephanus episcopus, servus servorum Dei. Sicut nemo se debet jactare de suis meritis, sic non debent opera Dei, quæ in illo per suos sanctos fiunt sine suis meritis, silere sed prædicare, sicut angelus admonet Thobiam: unde ego pro oppressione sanctæ Ecclesiæ a rege atrocissimo et blasphemio et nec dicendo Haistulfo, ad optimum et sancti Petri fidelem dominum Pippinum Christianissimum regem in Franciam veni, ubi egrotavi usque ad mortem, et mansi aliquod tempus apud pagum Parisiacum in venerabili monasterio sancti martyris Dionysii; quem cum jam medici desperarent, fui sicut in oratione in ecclesia ejusdem beati martyris subtus campanis, et vidi ante altare dominum Petrum, et magistrum gentium dominum Paulum, et tota mente illos recognovi de illorum surcariis, et tunc beatum dominum Dionysium ad dextram domini Petri subtilem et longiorem; dixitque bonus pastor dominus Petrus: Hic frater noster postulat sanitatem. Et dixit beatus Paulus: Modo sanabitur. Et appropinquans, misit manum suam ad pectus domini Dionysii amicabiliter, respexitque ad dominum Petrum, et dixit dominus Petrus ad dominum Dionysium hilariter: Tua gratia est sanitas ejus. Et statim beatus Dionysius thuribulum incensi et palmam in manu tenens cum presbytero et diacono, qui in parte stabant, venit ad me et dixit ad me: Pax tecum, frater, noli timere, non morieris, donec ad sedem tuam prospere revertaris; surge sanus, et hoc altare in honore Dei et apostolorum Petri et Pauli, quos vides, dedica, missas gratiarum agens. Moxque sanus factus sum, et volebam implere quod mihi præceptum erat, et dicebant qui ibi aderant, quod dementabam. Quapropter retuli illis et regi suisque omnibus ex ordine quæ videram, et quomodo sanatus fuero, et implevi quæ jussa sunt mihi omnia. Gesta sunt autem hæc anno ab incarnat.

VARIE LECTIONES.

¹⁵ walfridus 7. walfredus et walifredus 8-12. wolfridus 3. Paulum Diac. aut Strabonem innuere videtur. ¹⁶ A. d. i. 752 pippinus rex 2.

Dom. 753. 5 Idus Aug. » Quo Christi roboratus virtute, inter celebrationem consecrationis præfati altaris et oblationem sacrificii, unxit in reges ¹⁷ Francorum regem Pippinum et duos filios ejus Carolum et Carolomannum. Sed et Bertradam conjugem ipsius regis, indutam cycladibus regis gratia Spiritus sancti septiformis consignavit in Dei nomine, atque Francorum proceres apostolica benedictione sanctificans, auctoritate sancti Petri sibi a Christo tradita obligavit, et obtestatus est, ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula, ipsi vel quique ex eorum progenie orti, regem super se præsumant aliquo modo constituere, nisi de eorum progenie, quos et divina providentia ad sedem apostolicam tuendam eligere, et per eum, videlicet sancti Petri vicarium, immo Domini Jesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare et unctione sacratissima consecrare. His interpositis, ad chronicam redeamus. Cum Pippinus rex, ut supra expressum est, Italiam ingressus esset, Carolomannus monachus Vienna civitate remansit una cum Bertrada regina, ubi languore correptus diem clausit extremum.

Anno Dominicæ incarnationis 755 cum audisset Pippinus rex ea non esse vera quæ Haistulphus pro miserat de justitiis sancti Petri iterum Italiam ingressus, Papiam obsedit, Haistulphum obsidione cinxit, et rursum de justitiis sancti Petri firmitatem dedit, ut stabiles permanerent, et insuper Ravennam cum Pentapoli et omni Exarcato conquisivit et sancto Petro tradidit. Cum autem reversus esset Pippinus rex in Franciam, meditabatur supradictus Haistulphus ea fallere quæ promiserat. Quadam vero die cum venationibus inserviret, percussus est Dei judicio, vitamque cum regno finivit; quo modo vero missus est Desiderius in regno, in subsequentibus dicemus.

Anno Dominicæ incarnationis 756 misit Constantinus imperator regi Pippino cum aliis donis organum, et rex Pippinus tenuit placitum suum in Compendio, ibique Thassilo venit dux Bajoariorum, et suus effectus est, per manus sacramentaque multa juravit Pippino et filiis ejus supra corpus sancti Dionysii et sancti Germani et sancti Martini; similiter et ejus homines meliores fecerunt.

Anno Dominicæ incarnationis 757 Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, et in munitiones Saxonum per virtutem introivit, et in loco qui dicitur Sitnia multæ strages factæ sunt de populo Saxonum. Et tunc promiserunt se omnem voluntatem regis facturos, tributum etiam præsentandum, equos scilicet 300 per singulos annos.

Anno Dominicæ incarnationis 758 natus est Pippino regi filius, cui supradictus rex nomen imposuit suum; qui vixit annos duos, et in tertio de-

A functus est. Eodem anno celebravit natalem Domini in Longolare, et pascha in Iopila.

Anno Dominicæ incarnationis 760 Pippinus rex cernens Waifarium, ducem Aquitanorum minime consentire, ut justitias faceret ecclesiis quæ erant in Francia de rebus et possessionibus illarum quæ in suo ducatu erant, iniit consilium cum Francis, ut iter pergeret in Aquitaniam, et supradictas justitias quæreret, et pervenit usque in locum qui dicitur Theload. Quod cum cognovisset Waifarius, timore perterritus mittit legatos, Othbertum et Darwinum, et dedit obsidem Adalgarium suum propinquum, et mandavit Pippino se omnia redditurum, quidquid supradictus rex quærebat in causis ecclesiasticis, et celebravit natalem Domini in Carisiaco, et pascha similiter.

B Anno Dominicæ incarnationis 761 Waifarius minime cogitans et obsidibus et sacramentis datis, ut se vindicaret de injuria, quam a Francis præterito anno fuerat perpessus, exercitum misit, qui usque ad Cabillonem civitatem venerunt, vastantes omnia. Et cum supradictus rex synodum teneret in villa quæ dicitur Duria, nunciatum est ei, quod Waifarius perpetrasset; protinus exercitum movit, et Aquitaniam ingressus multa castella cepit, scilicet Brudellum, Clarum montem, Cantelam, Avernum, et pervenit usque ad Leomodicas, vastando omnia, et celebravit natalem Domini in Carisiaco, et pascha similiter.

C Anno Dominicæ incarnationis 762 rex Pippinus Aquitaniam cum exercitu vastavit, et cepit civitatem Bituricas, et castrum quod dicitur Toarcis, et celebravit natalem Domini in villa Gentiliaco, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 763 rex Pippinus habuit placitum suum in Niveruis, et quarto ingressus est Aquitaniam, ibique Thassilo, dux Bajoariorum, postpositis sacramentis, fraudulenter se inde subduxit, omnia beneficia oblitus, quæ rex avunculus ejus ei fecerat, et Bajariam regressus amplius noluit videre supradicti regis faciem. Rex autem Aquitaniam perlustrans usque ad Cadurciam venit, et per Lemodicas reversus, in Franciam venit. Et facta est hyems valida, et celebravit rex natalem Domini in villa quæ dicitur Longolare, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 764 rex Pippinus habuit placitum suum in Wormatia, et causam diligenter pertractavit inter Waifarium et Thassilonem; celebravit natalem Domini in Carisiaco, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 765 rex placitum suum habuit apud Attiniacum, et eodem anno sicut et superiori nusquam profectus est. Celebravit autem natalem Domini in Aquis villa, et pascha similiter.

VARLE LECTIONES.

¹⁷ unxit in reges etc.... et consecrare disposuit, cf. Clausulam de consecratione ap. Bouq. t. V, p. 9, 10.

Anno Dominicæ incarnationis 766 rex Pippinus perrexit in Aquitaniam, et placitum suum habuit in Aurelianis civitate, et restauravit Argentonium castrum, quod antea Walfarius destruxerat, ibique Francos dimisit ad continendam Aquitaniam; similiter et in Bituricas fecit, et celebravit natalem Domini in Salmoniaco, et pascha in Gentillaco.

Anno Dominicæ incarnationis 767 rex in supra dicta villa synodum magnam habuit inter Romanos et Græcos de sancta Trinitate, vel de sanctorum imaginibus, et post hæc Aquitaniam ingressus est per Narbonam; cepit autem Tolosam et Gavaldanem, et celebravit pascha in civitate Vienna. Eodem anno mense Augusto iterum Aquitaniam ingressus, usque Bituricas venit, ibique synodum tenuit, et inde profectus, usque ad Garonnam venit, multas rupes et speluncas cepit, nec non castra Scorialiam et Torinnam et Petrociam, et reversus est Bituricas. Ibi nuntiatum est ei de obitu Pauli papæ; ibi etiam celebravit natalem Domini.

Anno Dominicæ incarnationis 768 rex Pippinus iter faciens Remistagnum cepit, ad Sanctones civitatem usque pervenit, et ibi cepit matrem Walfarii et sororem ejus et neptas ejus: inde perrexit in loco qui dicitur Montes, ibi Heriwicus venit ad eum, qui habebat aliam sororem Walfarii, et inde reversus pascha celebravit in castro quod dicitur Sels. Post hæc adsumens secum Bertradam reginam ad Sanctonas civitatem pervenit, ibique reginam cum famulis dimisit, et Petragorico perrexit, et interempto Walfario cum triumpho victoriæ ad Sanctones reversus est, ibique moram faciens post aliquot dies ægrotare cœpit, et inde profectus Turonis venit, et ad orationem ad sanctum Martinum perrexit; inde egressus Parisius ad sanctum Dionysium vix pervenit, ibique diem clausit extremum 8 Id. Octobr. et domnus Carolus et Carolomannus elevati sunt in regnum, Carolus in Noviommo civitate, Carolomannus in Sessionis 7 Id. Octobris, et celebravit Carolus natalem Domini in Aquis, pascha in Rodoma civitate.

Anno Dominicæ incarnationis 769 Carolus rex Aquitaniam cum exercitu intravit, eo quod Hunaldus disposuisset rebellare, et totam Aquitaniam et Vasconiam, auxiliante Deo, in deditionem recepit, et Hunaldi iniqua consilia dissipavit. Inde digressus ad Coloniensem civitatem venit, et inde sumpsit plures Francorum cum armis et omnibus utensilibus eorum, et abiit super flumen Dordoniam, et ædificavit ibi castrum quod dicitur Fronticis, et in dicto præsidio Francos collocavit. Deinde missos direxit ad Lupum Vasconem, mandans ut sibi Hunaldum cum uxore representaret, qui ad eum confugerant. Adductus est prædictus Hunaldus cum uxore ad nominatum castrum,

A quem cum recepisset, in Franciam reversus est, et celebravit natalem Domini in Duria, et pascha in Leodio vico publico.

Anno Dominicæ incarnationis 770 Carolus habuit synodum in Wormatia civitate, et Berta regina perrexit in Bajoariam, et inde Italiam ingressa est, et rex celebravit natalem Domini in Mogontia et pascha in Heristellio.

Anno Dominicæ incarnationis 771 Carolus rex synodum habuit ad Valentinianas, et eodem anno Carolomannus rex defunctus est in villa Salmoniaco 2 Non. Decembris. Venit autem Carolus ad villam Carboniacum, ubi venerunt ad eum Folcarius et Folradus capellani cum aliis episcopis et sacerdotibus, Werinus et Adalhartus comites, cum aliis primatibus qui fuerunt Carolomanni. Uxor vero Carolomanni cum perpauca Francis partibus Italiæ perrexit, et celebravit rex natalem Domini in Adiniaco et pascha in Heristellio.

Anno Dominicæ incarnationis 772 Carolus rex synodum habuit in Wormatia, et inde perrexit in partes Saxoniarum, et primo impetu Heresburgh castrum cepit, et ad Ormensul usque pervenit, et ipsum fanum destruxit, et aurum et argentum quod ibi repperit abstulit. Erat autem tunc siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supra dicto loco, et dum vellet ibi rex duos aut tres dies manere, ut prædictum fanum funditus destruere posset, et aqua exercitui deesset, subito divina largiente gratia omnibus insciis in quodam torrente aquæ effusæ largissimæ, ita ut omnis exercitus sufficienter haberet. Destructo fano, rex super Wiseram fluvium venit, et ibi cum Saxonibus placitum habuit, et accepit 12 obsides, et reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini in Heristellio, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 773 rex pervenit ad hyemandum in Theodonis villa, ubi eum adiit missus Adriani papæ nomine Petrus, invitans eum una cum Francis, ut pro Dei amore, seu pro justitia sancti Petri acquirenda super Desyderium et Langobardos veniret. Venit præfatus legatus per mare usque in Massiliam, inde per terram usque ad regem, et ideo per mare venit, quia viæ clausæ fuerunt a Langobardis Romanis. Tunc rex fideles consuluit, utrum petitionibus apostolici assensum præberet; omnibus hoc collaudantibus, illis in partibus profectus est, Genevamque civitatem veniens synodum tenuit, et ibi exercitum divisit in duas partes. Ipse cum una parte per montem Cynsium perrexit, et misit Bernardum avunculum suum cum reliqua parte per montem Jovis. Conjunxerunt autem se uterque exercitus ad clusas. Quod cum cognovisset Desyderius, regiet Francis cum armatis occurrit¹⁸. Tunc rex castra posuit ad easdem clusas, et misit occulta unam scaram de electis viris per montana. Hoc sentiens Desyderius statim clusas

VARIÆ LECTIONES.

¹⁸ cum armatis occurrit. Hinc omissis mediis sequitur annus 794. Cum vero audissent se ex duabus partibus, etc.; illa vero post anni 801 verba. Hujus factionis fuere principes inserta sunt.

reliquit, et quam citius potuit, Papiam ingressus est. Rex autem cum omnibus auxiliante Domino, et intercedente beato Petro, sine læsione Italiam ingressus est, et cum ad Papiam pervenisset, Desyderium intrinsecus latitantem obsedit, ibique in sua castra celebravit natalem Domini, et pascha in Roma.

Anno Dominicæ incarnationis 774 rex dum in illis partibus pro hujusmodi negotio moram faceret, Saxones occasione accepta, postpositis sacramentis, in finibus Francorum impetum fecerunt, et usque ad castrum quod nominatur Buriaburg venerunt; quorum adventum incolæ loci præsentientes, in jam dictam munitionem se receperunt. Igitur cum præfata gens sæviens cœpisset forinsecus villarum ædificia concremare, venerunt ad quandam basilicam in loco qui dicitur Friedlsar, quam sanctæ memoriæ Bonifacius martyr consecravit, atque per prophetiæ spiritum prædixit quod nunquam incendio cremaretur. Creperunt autem præfati Saxones omni intentione certare adversus eandem basilicam, quemadmodum eam per quodlibet ingenium igne cremare potuissent. Et dum hæc agerent, apparuerunt quibusdam Christianis qui erant in castello, simul quibusdam paganis qui in eodem erant exercitu, duo juvenes in albis vestimentis, qui ipsam basilicam ab igne protegebant, et propterea non potuerunt neque interius neque exterius ignem accendere. Interea nutu divino majestatis pavore perterriti, in fugam conversi sunt, nemine persequente. Inventus autem est postea unus ex eisdem Saxonibus mortuus juxta ipsam basilicam, flexis genibus, acclinis supra pedes, habens ignem et ligna in manibus, et velut ore flaret basilicam crematurus. Dum hæc aguntur, Carolus a Roma reversus venit Papiam, ipsamque civitatem armis cepit, insuper Desyderium regem cum uxore sua et filia, omnemque thesaurum palatii, ibique venientes omnes Langobardi de cunctis civitatibus Italiæ, ejus se subdiderunt dominationi. Adalgisus vero filius Desyderii regis, fuga lapsus mare introivit, et Constantinopolim perrexit. Carolus subjugata Italia et ordinata, custodiam Francorum in Papiam dimittens cum magno triumpho in Franciam reversus est; et cum venisset in locum qui dicitur Hengilnheim, misit quatuor scaras in Saxoniam: tres pugnam cum Saxonibus inierunt, et Deo auxiliante victores extiterunt; quarta vero scara non habuit pugnam, sed capta præda magna reversi sunt in Franciam, et celebravit rex natalem Domini in Carislaco, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 775 rex habuit synodum in villa quæ dicitur Duria, et inde Saxoniam pergens Sigiburgh castrum cepit, Heresburgh recædificavit, super Wisaram fluvium venit in locum qui dicitur Brunisberg, ubi occurrerunt ei

A Saxones volentes ripam supradicti fluminis defendere: auxiliante Domino et Franci decertantibus, fugatis Saxonibus, Franci ambas ripas occupaverunt, et multi Saxones occisi sunt. Tunc rex, dividens exercitum, sumpsit secum partem, perrexitque usque ad Obacerum fluvium, ubi omnes orientales Saxones venientes cum Hassinone duce eorum, dederunt obsides juxta quod placuit regi, et juraverunt sacramenta. Simul eo revertente venerunt Angrarii in pago qui dicitur Bucki una cum Brunone duce eorum, et fecerunt sicut orientales Saxones fecerant. Interea cum Francis qui super fluvium Wisaram remanserant, Saxones pugnam commiserunt, et, Deo largiente, Franci victoria potiti sunt, et plures ex Saxonibus interfecti sunt. Hæc audiens rex, iterum super Saxones cum exercitu irruens multam stragem fecit, et prædam copiosam cepit super Westphalos, et coacti obsides dederunt. Obsidibus itaque receptis, et præda multo capta, rex in Franciam reversus, ubi nuntiatum est ei, quod Rotgandus Langobardus postponens fidem et sacramenta adversus eum rebellare disponderet; statim illis in partibus iter arripuit, et celebravit natalem Domini in villa quæ dicitur Scezistadt in Elisacio.

[Eodem¹⁹ tempore Veneciæ dux propter invidiam et insidias aliquantum Venetiarum, dantes occasionem ei, ut Carolo regi Veneciam tradere vellet, a suis hominibus²⁰ captus est, et Constantinopolim ad Constantinum imperatorem in exilium transmissus est. Quam rem idem imperator diligenter exquirens et fraudulentas insidias Venetiarum aperte cognoscens, illorum incusationes pro nichilo duxit, et eundem ducem Anthipatrum patricii fecit. Quem cum legato et epistola sua ad Venetiam remisit, et in propria sede eum honorabiliter restituit. Nam post mortem ejusdem Constantini prædicti rebelles ducem interimere conabantur. Quorum consilium dux procaciter prævidens, Nicoforo imperatori illico nunciandum misit; animadvertens autem imperator hoc facinus, mox Nicetam patricium ad investigandum causam in Venetiam misit; qui illo veniens, patefactis culpis, duodecim ex illis infidis comprehendit; quos secum reducens jussu imperatoris in ergastulum cum vita destinavit. 7.]

Anno Dominicæ incarnationis 776 Carolus rex Italiam ingressus, Foro-Julianorum partes petivit, Rotgandum rebellem captum decollari jussit, ad Tarvisium civitatem venit, ibique pascha celebravit, et ordinatis rebus, derelictis custodibus ex Francis in civitatibus quæ adversus eum senserant, in Franciam cum prosperitate reversus est. Interea Saxones, cognita absentia regis, more solito ruptis sacramentis in unum conglobati, Heresburgh castrum aggrediuntur, fraudulenter Francis suadent, ut de castro exeant, et cum pace in patriam pergant. Sed cum illi fallacibus moni-

VARIÆ LECTIONES.

¹⁹ Eodem tempore Veneciæ dux, etc., usque in finem, habetur in solo codice 7. ²⁰ a suis omnibus captus codex.

tis minime assensum præberent, machinas præparant, munitionem obsidione cingunt, et summis viribus certant, sed nihil proficiunt. Quadam itaque die cum iterum redivivo certamine bellum parassent, apparuit gloria Dei manifeste supra domum ecclesiæ, quæ erat infra ipsum castrum, videntibus multis, tam Christianis quam paganis. Nam duo scuta apparuerunt supra præfatam basilicam sanguineo colore flammantia, et velut in prælio quibusdam motibus agitantia. Itaque pagani hoc signum aspicientes, timore et formidine repleti mox in fugam conversi sunt, et in tantam amentiam devenerunt, ut, strictis gladiis, mutuis se armis confoderent. Quanto vero illi plus pavore perterriti fugerunt, tanto magis Christiani confortati omnipotentem Dominum laudabant, qui salvos facit sperantes in se. Ex prædicto igitur loco cum tanta confusione discedentes, venerunt ad aliud castrum quod appellatur Desuburgh (13), ubi voverunt similiter facere, sed, Deo auxiliante Francisque eis viriliter repugnantibus, nihil prævaluerunt. Oppidani vero persecuti sunt eos usque ad flumen quod Lippa dicitur, et multos ex eis interfecerunt. Itaque rex Wormatiam veniens, synodum placitumque publicum ibi tenuit, et, concilio soluto, mox Saxonum fines penetravit, et velut ingens tempestas omnia prosternit, munitiones irumpit; Saxones perterriti ad locum ubi Lippa oritur venerunt, ibi se et suam patriam regi tradiderunt, et sponderunt se Christianos esse debere. Tunc rex una cum Francis restauravit Heresburgh castrum et aliud castrum super Lippam, ubi venientes Saxones una cum uxoribus et parvulis innumerabilis multitudo baptizati sunt in nomine sanctæ Trinitatis. Posthæc obsides quantos rex expetiit dederunt; reformatis autem castellis custodiisque dispositis, Carolus in Franciam revertitur, et celebravit natalem Domini in Heristellio et pascha in Noviomago.

Anno Dominicæ incarnationis 777 rex Saxoniam ingressus placitum tenuit in loco qui dicitur Padresbrunna, ubi omnes Saxones convenerunt, excepto Witichindis, qui cum paucis Saxonibus in partibus Nortmanniæ confugit. In eodem etiam loco venerunt Sarraceni de partibus Hispaniæ, quorum hæc sunt nomina. Ibina, Larabi et filius Devizefi, qui jam Joseph nominabatur, et gener ejus, ubi etiam multitudo Saxonum baptizata est et sacramenta secundum consuetudinem dederunt, ut perderent ingenuitatem et omnem hæreditatem, nisi conservarent susceptam Christianitatem et promissam fidelitatem regis et filiorum ejus, nec non etiam et Francorum. Carolus in Franciam reversus celebravit natalem Domini in Duciaco, et pascha in Aquitania in villa quæ dicitur Casinogilo.

Anno Dominicæ incarnationis 778 Carolus cum exercitu Hispaniam ingressus est, venit vero primo ad Pampilonem civitatem, deinde ad Cæsarau-

A gustanam ubem perrexit, ubi innumerabilis multitudo de partibus Burgundiæ et Austrasiæ vel Bajoriæ seu Provinciæ et Septimaniæ, pars etiam Langobardorum in auxilium Francorum conveniunt. Obsidione itaque cincta civitate territi Sarraceni, obsidione itaque cincta civitate territi Sarraceni, obsides dederunt et immensum pondus auri. Ejectis itaque Sarracenis de Pampilona, murisque ejusdem civitatis dirutis, Vasconibusque subjugatis, in Franciam revertitur.

B Interea Saxones audientes quod Carolus cum Francis tam longa terrarum spacia ab eis esset separatus, suadente Widichindo secundum consuetudinem iterum rebellati sunt, et ad Duriam castrum, quod Coloniæ civitati contiguum est, usque venerunt, cædibus, rapinis et incendiis omnia devastantes. Quod cum nuntiatum esset regi revertenti et jam commoranti Autisiodoro civitati, misit idem princeps scaram unam ex electis viris, quæ eorum violentiæ resisteret. Saxones audientes incolumitatem regis et adventum Francorum, in fugam conversi sunt; quos Franci e vestigio sequentes, repperunt eos super fluvium cujus vocabulum est Adarna, in loco qui dicitur Lihesi; ubi pugna cæpta et finita, Franci auxiliante Domino victores extiterunt, et multitudo Saxonum est ibi occisa. Et celebravit rex natalem Domini in Heristellio et pascha similiter.

C Anno Dominicæ incarnationis 779 Carolus venit in villam, quæ dicitur Compendium, ubi se obtulit Hildebrandus [Spoletanorum] dux cum muneribus, ejusque dominationi se subdidit. Eodem anno synodum tenuit in Durio, et post hæc Saxoniam ingressus usque ad Lippam venit. Conati sunt autem Saxones resistere in loco qui dicitur Buochol, sed nihil prævaluerunt. Aperta autem via Westfalvos subjugaverunt et omnes Saxones qui ultra Wisaram commorabantur. Veniens autem rex in loco qui vocatur Medofulli, accepit obsides et sacramenta a Saxonibus, qui ab eo defecerant, et reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini in Wormatia civitate, et pascha similiter.

D Anno Dominicæ incarnationis 780 Carolus Saxoniam ingressus ad Heresburgh venit, et inde ad locum ubi Lippa consurgit, et ibi synodum tenuit. Inde progressus ad Albiam fluvium venit, et in ipso itinere Bardogavenses et multi de Nortliudis baptizati sunt in loco qui dicitur Horheym, ultra Obaccrum fluvium, et pervenit usque ad locum ubi Jora confluit in Albia. Dispositis itaque tam Saxonibus quam Selavis, in Franciam reversus est. Inito autem consilio, ut Romam pergeret orationis causa cum conjugæ Hildegarda, celebravit natalem Domini in Pavia civitate.

Anno Dominicæ incarnationis 781 Carolus iter pergens celebravit pascha in Roma, et ibi baptizatus est filius ejus Pippinus ab Adriano papa, qui et ipse eum de sacro fonte suscepit, et duo filii ejus a

NOTE.

(13) Reginonem annallum Laurissensium verba male intellexisse, nec hic de alio castro nisi de Sigiburgo sermonem esse posse quisque videt.

supradicto pontifice inuncti sunt in reges, idem Pippinus super Italiam, Ludowicus super Aquitaniam. Inde reversus venit Mediolanum, ubi baptizata est filia ejus Gisla ab archiepiscopo Thoma, qui et ipse eam a sacro fonte levavit. His ita peractis, reversus est in Franciam. Per id tempus legati apostolici, Formosus et Damasus episcopi, cum missis regis, Siculfo capellano et Euvardo magistro directi sunt ad Thassilonem ducem, commones et contestantes ex auctoritate apostolica, ut recordaretur priorum sacramentorum, et non aliter faceret, nisi sicut jurejurando jam dudum premisserat Pippino regi et filiis ejus. His admonitionibus consensit Thassilo, et sumptis obsidibus a rege, venit Wormatiam, ubi renovavit sacramenta, et dedit duodecim obsides; [sed non diu prefatus Thassilo promissa conservavit]. Celebravit autem rex natalem Domini in Carisiaco, et pascha simul.

Anno Dominicæ incarnationis 782, Carolus Coloniæ veniens, Rhenum transiit et synodum tenuit ubi Lippa consurgit; ubi omnes Saxones conveniunt, excepto rebellis Wildichindus. Illuc etiam venerunt legati Godefridi regis Nortmannorum. Altdeni et Hosmundi, nec non etiam legati Avarorum missi a Cacano et Jugorro. Peracto placito, reversus est rex in Franciam. Saxones iterum fidem violant, arma corripunt, suadente Widichindo. Rex autem ea tempestate miserat nuncios suos Adalgisum et Geilonem atque Conradum viros potentes, ut ducerent exercitum Francorum et Saxonum super Slavos paucos, qui adhuc rebelles erant. Supradicti vero principes, cum jam in itinere essent audientes quod Saxones rebellassent, super eos arma verterunt, et commisso prælio multos ex eis interfecerunt, in qua pugna duo duces ceciderunt, videlicet Adalgisus et Geilo, in monte qui dicitur Suntedal. Hoc audiens imperator, cum Francis quos sub celeritate congregare potuit illuc perrexit, et pervenit usque ad locum ubi Alara confluit in Wisara. Tunc omnes Saxones iterum convenientes subdiderunt se sub potestate supradicti regis, et reddiderunt seditiosos, qui illam rebellionem maxime terminaverunt, ad occidendum quatuor milia quingentos viros. Widichindus vero partibus Nortmanniæ aufugit. Interfectis itaque seditiosis exilioque damnatis rex in Franciam reversus est, et celebravit natalem Domini in Theodonis villa, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 783 obiit Hildgardis regina pridie Kalend. Maii, quod evenit tunc in vigilia ascensionis Domini, et rex iterum Saxoniam ingressus est, eo quod Saxones iterum rebellassent, et cum paucis Francis ad Thietmalli venit; ibi Saxones paraverunt pugnam in campo viriliter. Tunc rex cum Francis super eos irruit, et magnam stragem ex eis fecit, ita ut perpauca fuga elaberentur. Post peractam victoriam venit rex ad Paderbrunna, ubi coadunato exercitu, de novo su-

A per Saxones irruit, qui se sociaverant super fluvium, cujus vocabulum est Asa. Ibi iterum pugna inita, non minor numerus Saxonum cecidit, quam in superiori prælio ceciderat. Tunc rex Wisaram transiit, et ad Albiam usque pervenit, post hæc in Franciam revertitur. Eodem anno obiit Bertha regina 4 Id. Julii: et cum Wormatiam pervenisset rex, sociavit sibi in matrimonium Frastradanam reginam; et celebravit natalem Domini in Heristellio, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 784 Carolus ingressus est Saxoniam, eo quod iterum rebellassent et cum eis aliqua pars Fresonum, et pervenit usque ad Huculvi, circueundo et vastando omnia. Erat autem nimia inundatio aquarum. Ipse igitur per Thuringiam ab orientali parte intravit super Hostfalaos, porro filium suum Carolum dimisit cum valida manu contra Westfalaos. Itaque rex Thuringiam ingressus, pervenit usque ad fluvium Albiæ, et inde ad Tagnfurt, deinde ad Scaininge, ex quo loco reversus est in Franciam. Westfalai vero congregaverunt se juxta Lippam, quibus occurrit filius regis in pago qui dicitur Dragini, et inierunt pugnam, quibus viriliter superatis, reversus est Wormatiam ad genitorem suum. Rex itaque consultis fidelibus, iterato hyemis tempore Saxoniam intravit, et celebravit natalem Domini Skidrioburch Wizzagawi super fluvium Ambra, in villa quæ dicitur Lihidi.

Anno Dominicæ incarnationis 785 rex usque Adrine venit super fluvium Wisara, ubi confluit Wachna, et propter nimiam inundationem aquarum inde reversus est Heresburgh, ubi uxorem suam Fastradanam cum filiis et filiabus venire jussit, et ibi tota hyeme resedit, ibi etiam pascha celebravit, et multis vicibus scaras super Saxones misit, et eorum castra deprædatus est, et in Maio synodum ad Paderbrunna habuit, et inde iter pergens, nullo contradicente, totam Saxoniam circumvit. Venit autem in Bardingawi, et inde misit post Widichindum et Abbionem ^{20*}, et utrosque ad se fecit venire, quos sacramento firmavit, ut in Franciam ad eum venirent. Qui, acceptis obsidibus, ad Attiniacum ad regem venerunt, ibique baptizati sunt, et tunc tota Saxonia subjugata est Francis; et in eadem villa celebravit rex natalem Domini, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 786 Carolus misit exercitum suum partibus Britanniae una cum misso suo Odulpho principe cocorum, ubi multa castella adquisierunt Franci, et eorum primates presentaverunt Wormatiam regi in publico conventu. Tunc rex videns se ex omni parte pacem habere, Romam perrexit orationis causa, et ut ibi cum missis imperatoris colloquium haberet, et celebravit natalem Domini in Florentia civitate.

Anno Dominicæ incarnationis 787 Carolus Romam venit, et a pontifice Adriano honorifice sus-

VARLÆ LECTIONES.

^{20*} abbionem 4, 5a, d. 7, 9, 10, 11, 12; albionem *reliqui*.

ceptus est, ubi aliquot dies moratus est. Quod cum audisset Heregisus dux Beneventanorum, timore perterritus, misit Romaldum filium suum cum magnis muneribus ad regem, postulans pacem, et promittens se omnem voluntatem ejus facturum. Sed his suasionibus minime apostolicus credidit, sed magis hortatus est regem, ut Beneventi fines intraret, quod et fecit. Et cum Capuam vanisset, Herigisus reliquit Beneventum et in Salernum secessit, ibique se munivit. Exinde misit filium suum Grimaldum (nam Romaldum rex secum retinebat) cum magnis muneribus, offerens obsides et promittens omnem fidelitatem, tantum ut ab impugnatione cessaret. Tunc rex cum consultu fidelium et sacerdotum, ne penitus episcopia et monasteria devastarentur, elegit duodecim obsides, et tertium decimum filium supradicti ducis Grimaldum, et accepta munera, juraverunt ei omnes Beneventani, et reversus est Romam, ibique celebravit pascha cum præsule sedis apostolicæ. Venerunt etiam in eodem loco missi Thassilonis Arnus episcopus et Henricus abbas, rogantes papam, ut pacem faceret, litemque terminaret inter Carolum regem et Tassilonem ducem. Ex qua causa multum decertavit apostolicus. Rex autem ad postulata respondit, se per multa tempora quæsisse, sed minime obtinere potuisse: nec tamen inobediens videretur esse monitis apostolicis, asseruit se in ejusdem papæ præsentia cum eisdem missis pacem velle firmare. Illis autem renuentibus, atque dicentibus non se audere pro seniore diffinitivam proferre sententiam, neque se ad hoc destinatos esse, videns apostolicus facta mendacia, et cognoscens instabilitatem ducis, iratus anathematizavit prædictum Thassilonem et omnes illi faventes, nisi fidelitatem quam regi Pippino et filio ejus Carolo promiserat, per omnia observaret; contestans per eosdem missos eundem virum, et monens ne per ejus obdurationem et perfidiam sanguis Christianorum funderetur, et terra devastaretur. Et si ipse dux nullatenus obedire vellet, tunc Carolus et exercitus ejus absoluti essent a Deo et sancto Petro, et quicquid in ducatu ejus perpetratum esset incendiis et homicidiis vel qualicumque malicia, totum hoc super Thassilonem et socios ejus vertetur, et rex et Franci essent innoxii. His verbis absolutis missis Thassilonis, rex oratione ad limina apostolorum completa, et benedictione percepta, in Franciam gressum dirigit, et Wormatiam ubi erat Frastradana conjux ejus pervenit, ubi synodum congregavit, et manifestavit sacerdotibus et optimatibus regni causas itineris, et qualiter versutia Thassilonis coram summo pontifice esset deprehensa. Misit itaque cum consultu fidelium ad eundem Thassilonem monens, ut apostolicis adhortationibus obtemperaret; qui cum nollet obedire, rex partibus Bajoariæ exercitum movit, et venit in loco qui dicitur Lechfeld, super civitatem Augustam, et venerunt orientales Franci et Thuringi et Saxones super Danubium in locum qui dicitur Faringa. Porro Pippinus rex de Italia cum

A exercitu venit ad Trientum. Tunc perspicuus se Thassilo ex omni parte esse circumdatum, et videns quod Bajoarii magis essent fideles Carolo quam sibi, undique coarctatus venit ad eum tradens se manibus ejus ad servitium, reddensque ducatum sibi commissum a Pippino rege, et se in omnibus peccasse et male egisse confessus est; et denuo renovans sacramenta dedit duodecim obsides electos, et tredecimum filium suum Theodonem. Rex, receptis obsidibus, reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini in Engilnheim, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 788 rex congregavit synodum in præfata villa, ibique venit Thassilo, coeperunt autem eum Bajoarii accusare, quod fidem promissam violasset, suadente uxore Liutberga. Et objecta Thassilo denegare non potuit, sed comprobatus est se ad Avaros postea transmisisse, et in vitam fidelium regis consiliasse. Ad ultimum confessus est se dixisse, etiam si decem filios haberet, omnes mallet amittere, quam ita manere sicut juraverat. Ex his et aliis multis ab omnibus dijudicatus est ad mortem. Et cum omnes capitalem sententiam proclamarent, rex misericordia motus, eo quod consanguineus ejus esset, obtinuit ab ipsis Dei suis fidelibus ne moreretur. Interrogatus ergo a rege quid agere vellet, terræ prostratus licentiam in monasterium intrandi expetiit, ut ibi peccata sua deplorare potuisset. Similiter et filius ejus Thiodo fecit. Igitur attonsi sunt, et in monasterium missi. Pauci Bajoarii qui cum Thassilone senserant, in exilium sunt missi. Eodem anno commissum est bellum inter Græcos et Langobardos, ducibus Hildebrando de Spoleto, et Grimaldo de Benevento, et Winegiso a rege directo cum Francis, et fugati sunt Græci, et victores extiterunt Franci et Langobardi. Per idem tempus pugna commissa est inter Avaros et Francos, qui Italia habitabant, et, Deo largiente, victoriam obtinuerunt Franci. Tertia pugna commissa est inter Avaros et Bajoarios in campo Ibore, et fuerunt ibi missi regis Grahamanus et Odocar cum aliquibus Francis, et Deo auxiliante victoria fuit Francorum seu Bajoariorum. Hæc omnia supradictus Thassilo et uxor ejus Liuthirga terminaverunt. Quarta pugna fuit contra Avaros, qui voluerunt vindicare eos qui in prælio superius dicto ceciderunt, sed, Deo adjuvante, victoria Christianis cessit. Post hæc Carolus ad Reganesburg venit, ibique marcas et fines Bajoariorum disposuit, indique reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini in Aquis palatio, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 789 rex Rhenum ad Coloniam transit, et Saxoniam ingressus, ad Albiam fluvium venit; ibique duos pontes construxit, et ex utraque parte pontis castra ædificavit ex lignis et terra, et inde progressus Sclavorum fines intravit, et Sclavos cognomento Wiltzi suo dominio subjugavit. Fuerunt cum eo in eadem expeditione Franci et Saxones, Fresones autem navigio venerunt per Habola fluvium. Fuerunt etiam cum eo Sclavi Survi

et Abotridi, quorum princeps vocabatur Wisan. Obsidibus itaque receptis, reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini Wormatiæ, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 790 nullum iter fecit rex, sed in supradicta civitate rex celebravit natalem Domini, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 791 Carolus partibus Bajoariorum perrexit, et ad Reganesburg venit, ubi et exercitum suum convenire jussit; ibique cum consilio optimatum regni disposuit ire in Avarorum regnum propter maliciam intolerabilem, quam in Galliorum populos commiserunt et in ecclesiis Dei. Venit ergo cum exercitu usque ad Anisum fluvium, ubi triduanum jejunium cum letaniis fecerunt, postulantes pro salute exercitus, et adjutorio Dei, et vindictam inimicorum. Rex itaque litora Danubii de australi parte tenuit, Saxones autem cum quibusdam Francis, et plurima multitudine Fresonum de Aquilonali, et ita pergentes venerunt ubi jam dicti Avars munitiones habebant paratas, de australi parte ad Chumberch, de aquilonali vero ripa in loco qui dicitur Camp; sic enim nominatur ille fluvius qui ibi influit in Danubium. Itaque avars cum ex utraque ripæ parte vidissent exercitum, et classem per medium fluvium venientem, tantus error, Deo faciente, super eos cecedit, ut, dimissis præsiis munitionum, exercitus absque læsione Pannoniam introivit. Pervenit autem rex usque ad fluvium qui vocabatur Raba, omnia cædibus incendiis, rapinisque devastans, et inde reversus Reganesburgh celebravit ibi natalem Domini, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 792 Feliciana hæresis condempnata est, quem Felicem Engilbertus in præsentiam Adriani pontificis adduxit, et post confessionem hæresim abdicavit, Eodem anno nulla expeditio facta est, sed tantum pons super naves ad flumina transeunda compactus est anchoris et funibus, ita cohærens, ut jungi et dissolvi possit, et celebravit rex natalem Domini in eodem loco idem Reganasburgh.

Anno Dominicæ incarnationis 793 Carolus de Reganesburgh proficiscens, ad fossatum magnum inter fluvios Almonia et Radenza venit, ibique summi pontificis missi cum magnis muneribus in præsentiam ejus venerunt; ibi etiam nunciatum est ei, Saxones iterum more solito fidem et promissa violasse. Inde navigio per Radenza Mohin ingressus, natalem Domini celebravit in Wurzaburhc.

Anno Dominicæ incarnationis 794 celebravit rex pascha in Franconofurt, ibique congregavit synodum magnam episcoporum Galliarum, Germanorum et Italarum, ubi fuerunt missi apostolici Theophilus et Stephanus episcopi. In hac synodo tertio condempnata est hæresis Feliciana, quam damnationem per auctoritatem sanctorum Patrum in libro conscripserunt, quem librum omnes sacerdotes manibus propriis conscripserunt. Eodem tempore obiit Frastradana regina, et in monasterio sancti Albani honorifice sepulta est. Pseu-

dosynodus Græcorum, quam pro adorandis imaginibus fecerunt, a pontificibus rejecta est. Post hæc rex, diviso in duas partes exercitu, Saxoniam ingressus est: ipse per Thuringiam, Carolus vero filius ejus ad Coloniam Rhenum transivit. Saxones vero congregantes se in loco Finisfelt, præparaverunt se ad pugnam. Cum vero audissent se ex duabus partibus esse circumdatos, dissipavit Deus consilia eorum, et quamvis fraudulenter Christianos se esse et fideles regi fore promiserunt. Rex in Franciam reversus, celebravit natalem Domini in Aquis palacio, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 795 rex venit Mogontia, ibique tenuit placitum suum in villa quæ dicitur Cuffinstein, in suburbio ejusdem urbis. Audiens vero quod Saxones secundum consuetudinem promissionem suam, quam de observanda Christianitate et fidelitate regis tenenda fecerant, irritam fecissent, cum exercitu Saxoniam intravit, et usque ad fluvium Albia pervenit ad locum qui dicitur Hliuni, in quo hisdem diebus Wizam Abrotidorum rex a Saxonibus occisus fuerat: ibi etiam venerunt missi Thudun, qui in gente et regno Avarorum magnam potestatem habebat, affirmantes quod item Thudun cum terra et populo suo se regi dare vellet, et ejusdem ordinatione Christianam fidem suscipere. Rex itaque afflictis magna ex parte Saxonibus eorumque terra vastata, acceptis obsidibus in Franciam rediit, et celebravit nat. Dom. Aquis, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 796 Adrianus papa obiit, et Leo mox in pontificatu successit, statimque misit regi legatos cum muneribus, claves etiam confessionis sancti Petri et vexillum Romanæ urbis direxit. Henricus, dux Foro-Julanorum, missis hominibus suis cum Wonomiro Selavo in Pannonia, Iringum gentis Avarorum principem, longis retro temporibus qui eum civili bello fatigatis inter se principibus, improvise expoliavit. Caganus et Jugoro intestina clade interempti sunt, thesaurum priscorum regum multa seculorum prolixitate collectum idem dux Carolo ad Aquis palatium misit; quo accepto, peracta largitori omnium bonorum gratiarum actione, magnam partem inde Romam ad limina apostolorum misit per Engilbertum abbatem. Porro reliquam partem optimatibus, clericis sive laicis, cæterisque fidelibus suis largitus est. Per idem tempus Thudun secundum promissionem suam cum magna parte Avarum ad regem venit, et se cum populo suo et patria regi tradidit; et ipse et populus ejus baptizatus est, et muneribus susceptis redierunt ad propria. Eo tempore rex cum exercitu Saxoniam ingressus est, et Pippinus rex in Pannoniam cum exercitu introivit. Venit autem legatio Pippini regis ad patrem in Saxoniam, quæ dixit, quod Avars post interfectionem priorum ducum super se constituissent regem nomine Kaiam, et Pippinus contra eum certare disponderet. Rex peragrata Saxoniam in Franciam se recepit, et in Aquis palatio filium suum Pippinum a Pannonia redeun-

tem et partem thesauri quæ remanserat adducen-
tem lætus aspexit. [Et celebravit in eodem loco
natalem Domini et pascha similiter.]

Anno Dominicæ incarnationis 797 Barcelona ci-
vitas Hispaniæ, quæ jam pridem a Francis discive-
rat, per Thatim, præfectum ipsius, Francis est red-
dita. Nam ipse ad palatium veniens, et civitatem
cum semetipso regi tradidit. Eo tempore expeditio
facta est in Saxoniam, et usque ad oceanum trans
omnes paludes et invia loca pertransiit exercitus,
et rex de Adulo hoc regressus — hoc enim loco
nomen est, ubi oceanus Saxoniam alluit, — tota
Saxonum gente in deditioem per obsides accepta,
in Aquis palatio reversus est, ubi Abdellam Sarracenum,
filium Ibin magni regis, qui a fratre regno
pulsus in Mauritania exulabat, ipse semetipso
commendante suscepit. In eodem loco et legatus
Nicetæ qui tunc Siliciam regebat, nomine Theo-
philus, venit imperatoris epistolam portans, quem
honorifice suspiciens, post aliquot dies absolvit.
Ipse vero Novembri mense mediante, ad hyeman-
dum cum exercitu Saxoniam intravit, positisque
castris juxta Wisaram fluvium, locum castrorum
Heristellium vocari jussit. Illuc legati gentis Ava-
rorum cum muneribus magnis venerunt. De eo-
dem loco Abdellam Sarracenum cum filio suo Lu-
dowico in Hispaniam ire jussit, et filium suum
Pippinum in Italiam remisit, ipse ad disponendum
Saxoniam totum hyemis tempus impendens, ibi
natalem Domini, ibi pascha celebravit.

Anno Dominicæ incarnationis 798 venit ad regem
legatus Haldifonsi, regis Galliciæ et Asturiæ, nomi-
ne Frola, papilionem miræ magnitudinis præsen-
tans. Et in ipso paschæ tempore, Nordliudi trans
Albiam sedentes, seditione commota legatos re-
gios qui tunc ad justitias faciendas apud eos con-
versabantur, comprehenderunt, quosdam ex eis
trucidaverunt, cæteros ad redimendum servave-
runt. Rex itaque collecto exercitu, de Heristelli ad
locum qui Minda dicitur perrexit, et facto consilio,
in desertores arma corripuit, et totam inter Albiam
et Wisaram Saxoniam depopulando peragravit.
Nordliudi contra Transachonem, ducem Abrothi-
dorum, et Hebruinum, legatum regis, commisso
prælio victi sunt. Cæsa sunt ex eis in eo prælio
quatuor milia; cæteri qui fugerunt, de pacis con-
ditione tractare cœperunt. Rex, acceptis obsidibus
a Saxonibus, in Franciam reversus est, et Aquis
perveniens legationem Græcorum Constantinopoli
missam suscepit. Erant enim legati Michahel pa-
tritius quondam Phrygiæ, et Theophilus presbyter,
epistolam Hirenæ imperatricis ferentes. Nam filius
ejus Constantinus imperator a suis comprehensus
et exæcatus est. Hæc tamen legatio tantum de pa-
ce fuit; quos cum absolvisset, absolvit etiam cum
eis et Sisinnium fratrem Tharasii, Constantinopo-
litani episcopi, jam dudum in Italia prælio captum.
Hoc anno sidus Martis in toto cælo non comparuit.
Insulæ Baleares a Mauris et Sarracenis deprædatæ
sunt. Aldefonsus, rex Galliciæ et Asturiæ, præ-
data Olisopona ultima Hispaniæ civitate, loricas,

A mulos captivosque Mauros regi per legatos, Fro-
jam et Basilicum, hyemis tempore misit, et cele-
bravit natalem Domini in eodem loco, et pascha
similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 799 Romani Leo-
nem papam letania majore captum excæcaverunt,
ac linguam ejus radicitus absciderunt; qui in cu-
stodia missus noctu per murum evasit, et ad lega-
tos regis, qui tunc apud basilicam sancti Petri
erant, Wirundum scilicet abbatem, et Winigisum
Spolitanorum ducem veniens, Spoletum ductus
est. Rex Saxoniam ingressus, apud Paterbrunna
castris positus consedit, et inde diviso exercitu, Ca-
rolum filium suum cum medietate ad colloquium
Sclavorum, et ad recipiendos Saxones qui ex Nort-
liudis venerunt, in Bardengavi direxit. In eodem
loco Leonem papam summo cum honore suscepit,
ibique reditum Caroli filii sui expectans, Leonem
pontificem simili quo susceptus erat honore dimi-
sit, qui statim Romam profectus est. Recepto cum
prosperitate filio, Aquis repedavit, ubi legatus Mi-
chaeli Siliciæ præfecti, nomine Danibel, ad eum
venit, atque inde cum magno honore dimissus est.
Eodem anno gens Avarum a fide quam promiserat
defecit, et Einricus, dux Forojulanorum, post tot
victorias prospere gestas juxta Tharsicam, Libur-
niæ civitatem, insidiis civium oppressus est. Per
idem tempus Geroldus, cum esset comes et Bajori-
æ præfectus, commisso cum Avaribus prælio in-
terficitur [et in Augia sepelitur] de quo in visione
C Witini legitur, quod inter martyres sit adnumera-
tus, Insulæ Baleares quæ a Mauris et Sarracenis
deprædatæ sunt, postulato et accepto a Francis
auxilio, a prædonum incursione defensati sunt,
signa quoque Maurorum in pugna sublata regi
præsentata sunt. Wido comes, qui Marcam contra
Britones tenebat, cum sociis Britanniam ingressus
totamque perlustrans, in deditioem recepit, et
regi de Saxonia revertenti arma ducum qui se
tradiderant inscriptis singulorum nominibus præ-
sentavit. Tota itaque Britannia, quod nunquam
antea fuit, Francis subjugata est. Eodem anno
monachus quidam de Hierosolymis veniens, reli-
quias multas attulit regi ex parte patriarchæ Hierosolymitani. Azan, præfectus civitatis quæ dici-
tur Oscacavis, regi munera misit. Celebravit rex
D natalem Domini in eodem palatio.

Anno Dominicæ incarnationis 800 rex absolu-
tum Hierosolymitanum monachum, misit cum eo
Zachariam presbyterum, de palatio suo, et per
illum multam pecuniam misit per illa sancta
loca ubi Dominus conversatus est corporaliter.
Ipse medio Martio de Aquis egressus, litus oceani
Gallici perlustratus est, et in ipso mari quod
tunc a piratis infestabatur, classem instituit et
præsidia disposuit. Pascha apud sanctum Ri-
charium celebravit: indeque iterum perlitus ocea-
ni ad Rothomagum civitatem pervenit, ibique
Sequana amne transmissa, Turonis ad sanctum
Martinum orationis causa profectus est, ibique ali-
quot dies moratus est, propter adversam Liutkardæ

conjugis valetudinem, quæ ibidem et defuncta et humata est. Obiit autem pridie Non. Junii. Inde per Aurelianus ac Parisius regressus, Aquis palatium venit. Eodem anno pridie Non. Junii, contra morem et naturam aspera et gelu concreta fuit pruina, et 7 Id. Julii similiter, sed tamen nullam incommoditatem fructibus attulit. Mense Aug. Mogontia placitum tenuit, et inde movens cum exercitu Ravennam venit, ubi 7 dies moratus, Romam gressum direxit, filio suo Pippino cum exercitu in Beneventum misso. Itaque cum Romam venisset, occurrit ei pridie Leo papa et senatus Romanorum apud Nomentum, duodecimo ab Urbe lapide, et summa eum humilitate summoque honore suscepit, prandens cum eo in eodem loco. Igitur statim eum ad Urbem præcessit, et in crastinum in gradibus basilicæ beati Petri apostoli stans, missis obviam Romanæ urbis vexillis cum crucibus atque reliquiis, ordinatis etiam atque dispositis per congrua loca tam peregrinorum quam civium turmis, qui venienti laudes dicerent, ipse cum clero et episcopis ante gradus ecclesiæ eum humiliter suscepit, dataque benedictione in basilicam beati Petri apostoli cunctis psallentibus introduxit. Hoc autem factum est 8 Kal. Decemb. Post 7 vero dies rex concione vocata, cur Romam venisset patenter indicavit, et inde cotidie ad ea quæ venerat facienda operam dedit, inter quæ, quod maximum et difficillimum erat, de discutiendis criminibus quæ summo pontifici objecta erant. Causa itaque ventilata, cum nullus probator aut testis legitimus appareret, qui locum controversiæ subire præsumeret, præfatus pontifex coram omni populo in domo sancti Petri evangelium portans ambonem conscendit invocatoque sanctæ Trinitatis nomine, jurerando ab objectis se criminibus purgavit. Eadem die Zacharias presbyter cum duobus monachis, uno de monte Oliveti, altero de Bethleem, Romam venit, quos episcopus Hierosolymorum ad regem direxit, qui benedictionis causa claves sepulcri Domini ac loci calvariæ, claves etiam civitatis cum vexillo detulerunt; quos rex benigne suscipiens, aliquot dies secum detinuit, et mense Aprili remuneratos absolvit. Et celebravit ibi rex natalem Domini.

Anno Dominicæ incarnationis 801 cum rex ipso die natalis Domini ante confessionem sancti Petri ab oratione surgeret, Leo papa coronam capiti ejus imposuit, et a cuncto Romanorum populo ter acclamatum est: *Carolo Augusto a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria!* Et post laudes more antiquorum principum adoratus est, et ablato patricii nomine Imperator et Augustus est appellatus. Post paucos autem dies jussit eos, qui anno superiori pontificem deposuerant, exhiberi, et habita de eis questione secundum regem Romanam, ut majestatis rei capitali sententia damnati sunt, pro quibus tamen papa pio affectu apud imperatorem intercessit. Nam vita et membrorum integritas eis concessa est, cæterum pro facinoris magnitudine exilio deportati

sunt. Hujus factionis fuere principes Paschalis nemiculator, et Campullus sacellarius, et multi alii nobiles Romani, qui omnes eadem sententia damnati sunt. Ordinatis itaque Romanæ urbis totius Italiæ, non tantum publicis, sed etiam ecclesiasticis rebus et negotiis, missaque iterum super Beneventanos cum Pippino filio hostili expeditione, ipse post pascha 4 Kalend. Maii Romam egressus est, et venit Spoletum, et dum ibi moraretur, 2 Kalend. Maii, hora noctis secunda terræmotus ingens factus est, quo tota Italia graviter concussa est; quo motu tectum basilicæ beati Pauli apostoli magna ex parte cum suis trabibus corruit. Eodem anno loca quædam circa Rhenum et in Gallia et in Germania terræ motu tremuerunt, et pestilentia propter mollitiem Hyberni temporis facta est. Imperator de Spoletum Ravennam veniens, aliquot dies ibi moratus, Papiam perrexit. Ibi nunciatum est ei, legatos Aaron Amirmulin, regis Persarum, portum Pisæ intrasse, quibus obviam mittens, inter Vercellas et Eboreiam eos sibi fecit præsentari. Unus enim ex eis erat Persa de oriente, legatus regis Persarum, alter Sarracenus de Africa, legatus Admirate Habraham, qui in confinio Africæ in Fossato possidebat, qui Isaac Judæum, quem imperator ante quadriennium ad regem Persarum cum Lanfrido et Sigimundo miserat, reversum cum magnis muneribus nuntiaverunt. Nam Lanfridus et Sigimundus in itinere defuncti sunt. Misit itaque rex Herchenbaldum notarium in Liguriam ad naves parandas, ubi elephans et ea quæ deferebantur, subveherentur, ipse vero celebrato die nativitatis sancti Joannis baptistæ apud Heboreiam, Alpes transgressus in Galliam reversus est. Ipsa æstate capta est civitas Barcelona Hispaniæ, jam tunc minus plus biennio obsessa; Zaton præfectus ejus et alii quam plures Sarraceni comprehensi sunt. Et in Italia Theate civitas similiter capta et flammis exusta est, ejusque præfectus Rotselmus comprehensus est. Castella quæ ad illam civitatem aspiciabant, in deditionem recepta sunt. Zaton et Rotselmus exilio damnati sunt. Mense Octobrio Isaac Judæus de Africa cum elefanto regressus, portum Veneris intravit, et quia propter nives Alpes transire non potuit, Vercellis hyemavit. Imperator Aquis natalem Domini celebravit.

Anno Dominicæ incarnationis 802 Hirene imperatrix de Constantinopoli misit legatum nomine Leonem ad imperatorem de pace confirmanda inter Francos et Græcos, et imperator Constantinopolim misit Jesse episcopum Ambianensem, et Elingaudum comitem, ut pacem cum ea statuerent. Pascha celebratum est in eodem palatio. Eodem anno 13 Kalend. Aug. venit Isaac cum elefanto et cæteris muneribus a rege Persarum missis in præsentiam imperatoris; nomen elephantis erat Ambulator. Ostona civitas in Italia in deditionem recepta est. Luceria quoque frequenti obsidione fatigata, et ipsa in deditionem venit, præsidiumque Francorum in ea positum est. Imperator æstatis tempore in Arduenna venationibus operam dedit, et misso

in Saxoniam exercitu, transalbianos Saxones vastavit. Grimaldus Beneventanorum dux, in Luceria Winigisum comitem Spoleti, qui praesidio praerant, adversa valetudine fatigatum obsedit, et in deditorem accepit, captumque cum magno honore tenuit. Imperator Aquis natalem Domini celebravit.

Anno Dominicae incarnationis 803 terrae motus Aquis palatio factus est, et mortalitas subsequuta est, Winigisus a Grimaldo redditus est. Missi imperatoris a Constantinopoli regressi sunt, et venerunt cum eis legati Nicofori imperatoris, qui tunc rem publicam regebat, quorum haec sunt nomina: Michael episcopus, Petrus abbas, Calistus et Candidatus, qui venerunt ad imperatorem in Germania super fluvium Sala, in loco qui dicitur Saltz, et pactum faciendae pacis in Christo susceperunt; inde dimissi cum epistola imperatoris Romam venerunt, inde Constantinopolim regressi sunt. Imperator autem Bajoariam profectus est, et dispositis Pannoniarum causis, Aquis reversus est, ibi natalem Domini celebravit.

Anno Dominicae incarnationis 804 imperator Aquis hyemavit, aestate vero in Saxoniam cum exercitu perrexit, omnesque qui trans Albiam et in Wibmohdi habitabant Saxones cum mulieribus et infantibus transtulit in Franciam, et pagos transalbianos Abrotidis dedit. Eodem tempore Godefridus, rex Danorum, venit cum classe sua et omni equitatu regni sui ad locum qui dicitur Sliestorp, in confinio regni sui et Saxoniae; promisit enim se ad colloquium imperatoris venturum, sed consilio suorum territus, propius non accessit, sed quicquid voluit per legatos mandavit. Nam imperator super Albiam fluvium sedebat, in loco qui dicitur Holdunsteti, et missa ad Godefridum legatione pro fugitivis retentis, mediante Septembrio Coloniam venit, deinde Arduenna ingressus, venationum joci exercitatus Aquis reversus est. Medio Novembrio nunciatum est ei, Leonem papam cum eo natalem Domini celebrare velle ubicunque illi placuisset, quod gratanter suscepit. Et statim misso filio suo Carolo ad sanctum Mauritium, eum suscipere honorifice praecipit, ipse vero obviam illi Remorum civitate profectus est, ibique susceptum ad Carisiacum usque perductum, cum eo ibi natalem Domini celebravit, deinde Aquis perduxit, et honoratum magnis muneribus per Bajoariam ire volentem, a suis deduci fecit usque Ravennam. Causa autem adventus ejus haec fuit: nuntiatum est imperatori, Jesu Christi Domini nostri sanguinem in Mantua civitate fuisse repertum; imperator ad papam direxit, rogans ut veritatem rei perquireret; qui, accepta occasione Roma exeundi, primo in Langobardiam, quasi pro inquisitione praedicta profectus est, deinde arrepto itinere subito ad imperatorem usque pervenit, mansitque apud illum dies octo, et, sicut dictum est, Romam repedavit.

Anno Dominicae incarnationis 805 Caeanus,

VARIAE LECTIONES.

²¹ geta patricius 1, 2, 3, 3, 6, 7. getra patricius 8. niceta patricius 4, 9, 10, 11, 12.

A princeps Avarorum, imperatorem adiit, postulans sibi locum dari ab habitandum inter Sabariam et Carantanum, quia propter infestationem Sclavorum in pristinis sedibus manere non poterat; quam imperator benigne suscepit, ejusdem precibus favit. Eodem tempore nisit exercitum cum filio suo Carolo super Sclavos qui vocantur Boemi; qui omnem terram eorum depopulantes, ducem eorum qui appellabatur Letho occiderunt. Imperator Theodonis villam venit, indeque ad Romarici montem usque profectus, ibi venationibus exercitatus est, inde Theodonis villam reversus natalem Domini celebravit.

Anno Dominicae incarnationis 808 venerunt Wilharius et Beatus duces Venetiae, nec non et Paulus dux Iadore, atque Donatus ejusdem civitatis episcopus, legati Dalmatiae, in praesentiam imperatoris cum magnis donis, et ordinatis tam Venetiis quam Dalmatiis, eorum missis absolutis, imperator cum primoribus et optimatibus Francorum de pace constituenda et conservanda inter filios suos, et de partitione regni placitum habuit. Et divisione facta, in tres imperium suum partitus est inter tres filios, ut scilicet unusquisque sciret quam partem tueri et regere debuisset, si illum [patrem] superviveret. De hac divisione testamentum fecit, et sacramentis interpositis a Francis confirmatum est, et Leoni papae transmissum, ut haec decreta manu sua firmaret; quod et factum est. Posthaec imperator dimisso utroque filio in regnum sibi deputatum, Pippino scilicet et Ludowico, de Theodonis villa profectus, navigio per Mosellam Rhenum ingressus, ad Niumagam in Batna venit, ibique tota quadragesima fuit, et sanctum pascha celebravit; et inde Aquis rediens, Carolum filium in terra Sclavorum quae dicitur Sorabi, super Albiam fluvium cum exercitu misit, in qua congressione Miliduoc Sclavus occisus est, duoque castella ab exercitu constructa sunt, unum super ripam fluminis Salae, alterum super Albiam. Sclavisque compressis, ex hac parte in Behemicum cum Bajoariis atque Alamannis ingreditur, eorumque terram ex maxima parte vastavit. Eodem anno in Corsicam insulam contra Mauros qui eam vastabant, classis de Italia a Pippino missa est, cujus adventum Mauri non expectantes abscesserunt. Unus tamen ex Francis Hademarus nomine, comes civitatis Genuae, cum imprudenter pugnaret, occisus est a Mauris. In Spania vero Navarri et Pampilonenses, qui superioribus annis ad Sarracenos transierant, in fidem recepti sunt. Classis a Nicophoro imperatore, cui Geta patricius ²¹ praerat, ad recipiendam Dalmatiam mittitur, et legati qui fere annos quatuor ad regem Persarum missi sunt, per ipsas Graecarum navium stationes transvecti, ac Tarvisium nullo adversariorum sentiente pervenerunt. Imperator celebravit natalem Domini Aquis palatio. Eodem anno fuit eclipsis lunae. 4. Non. Septembr.; erat statio solis tunc in 16 parte Vir.

ginis, luna autem morabatur in 16 parte Piscium.

Anno Dominicæ incarnationis 807 eclipsis solis facta est 3 Idus Februar., stante utroque sidere in 25 parte Aquarii, et in eodem mense 4 Kalend. Martii, eclipsis lunæ facta est, et in eadem nocte apparuerunt acies in cælo miræ magnitudinis, sole morante in undecima parte Piscium, et luna in 11 parte Virginis. Iterum 11 Kalend. Septemb. eclipsis lunæ facta est hora noctis, tertia sole posito in 8 parte Virginis, et luna in 5 Piscium. Ratbertus missus imperatoris, qui de oriente revertebatur, defunctus est, et legatus regis Persarum nomine Abdella, cum monachis de Hierusalem qui legatione Thomæ patriarche fungebantur, quorum nomina fuere Georgius et Felix. Georgius abbas erat de monte Oliveti, et erat natione Germanus, et a parentibus Engilbaldus vocatus est. Pervenerunt itaque Aquis ad imperatorem munera ferentes, quæ prædictus rex cæsari miserat, scilicet papilionem et tentoria atrii, vario colore respersa, miræ magnitudinis et pulchritudinis. Erant enim omnia byssina, tam tentoria quam et funes eorum diversis tincta coloribus. Fuerunt etiam munera præfati regis pallia oloserica multa et valde pretiosa, et odoramenta, et balsamum atque unguenta. Misit præterea horologium ex aurichalco arte mechanica mirifice compositum, in quo 12 horarum cursus ad clepsydrum vertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, et casu suo subjectum sibi cymbalum resonare faciebant, additis in eodem horologio ejusdem numeri equitibus, qui per duodecim fenestras completis horis exhibant, et in cursu egressionis suæ totidem fenestras quæ prius erant aperte, clauderent: nec non et alia multa erant in præfato horologio. Fuerunt etiam inter prædicta munera duo candelabra ex aurichalco miræ magnitudinis et proceritatis, quæ omnia Aquis reposita sunt. Imperator legatum et monachos per aliquot tempus secum retinens, postmodum eos in Italiam direxit, atque ibi tempus navigationis expectare jussit. Eodem anno Burchardum comitem stabuli sui, quod corrupte constabulum appellamus, cum classe misit in Corsicam, ut eam a Mauris defenderet, qui prædas illic exercebant. Qui juxta consuetudinem suam de Hispania egressi, primo Sardiniam appulsi sunt, ibique cum Sardis prælio commisso, et multis suorum amissis — nam tria milia ibi cecidisse perhibentur — in Corsicam recto cursu pervenerunt; ibi iterum in quodam portu ejusdem insulæ cum classe cui Burchardus præerat, prælio decertarunt, victique ac fugati sunt, amissis tredecim navibus et plurimis suorum interfectis. Adeo illo anno in omnibus locis adversa fortuna fatigati sunt, ut ipsi idcirco hoc accidisse testati sint, quod anno superiori contra omnem justitiam de Patalaria insula 70 monachos apostatos in Hispania vendiderunt; quorum aliqui per liberalitatem imperatoris iterum in sua loca reversi sunt. Niceta patritius, qui cum

A classe Constantinopolitana sedebat in Venetia, pace facta cum Pippino rege, et induciis usque ad mensem Augustum acceptis, statione soluta Constantinopolim regressus est, et celebravit imperator natalem Domini Aquis, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 808 hyems mollissima et pestilens fuit. Vere inchoante imperator Ninmaga profectus est, et celebrato ibi pascha, iterum Aquis repedavit; ubi nuntiatum est ei, Godefridum regem Danorum copias in Abrotides trajecisse, adversus quem Carolum filium suum cum exercitu misit, jubens vasano regi resistere, si Saxonie terminos aggredi temptaret. Godefridus expugnatis aliquantulis Sclavorum castellis, cum magno copiarum suarum detrimento in patriam reversus est. Nam licet Draseonem ducem Abrotidorum loco pepulisset, Godelaibum alium ducem dolo captum patibulo suspendisset, Abrotidorum duas partes sibi vectigales fecisset, optimos tamen militum suorum et manu promptissimos amisit, et cum eis filium fratris sui nomine Reginbaldum, qui in oppugnatione cujusdam oppidi cum plurimis Danorum primoribus interfectus est. Imperatoris filius Albiam ponte junxit, et exercitum cui præerat Hilinones et Smekdingos, qui et ipsi ad Godefridum regem defecerant, quanta potuit celeritate transposuit, depopulatisque circumquaque eorum agris, transitu iterum flumine, cum incolumi exercitu in Saxoniam se recepit. Fuerunt cum Godefrido in prædicta expeditione Selavi qui dicuntur Wiltzi, qui propter antiquas inimicitias quas cum Abrotidis habere solebant, sponte se corpus eorum junxerunt, ipsoque in regno revertente, cum præda quam inter Abrotides ceperant et ipsi domum reversi sunt. Godefridus vero, priusquam revertetur destructo emporio quod in oceani litore constitutum erat, et lingua Danorum Rerich dicebatur, et magnam regno illius commoditatem vectigalium persolutione præstabat, translatisque inde negotiatoribus soluta classe, ad portum qui Liestorph dicitur, cum universo exercitu venit; ubi per aliquot dies moratus, limitem regni sui qui Saxoniam respicit, vallo munire constituit, et modo ut ab orientali maris sine quem illi Hostarsal dicunt, usque ad occidentalem oceanum totam Egidore fluminis aquilonarem ripam munimentum valli prætexerat, una tantum porta dimissa, per quam carra et equites emitti et recipi potuissent. Diviso itaque opere inter duces, domum reversus est. Interea rex Nordanibrorum de Britannia insula nomine Eardulf, regno et patria pulsus, ad imperatorem dum adhuc Miumagna moratur venit, et patefacto adventus sui negotio, Romam proficiscitur, Romaque rediens per legatos Romani pontificis et imperatoris in regnum suum reducit. Fuit autem legatus apostolici Adulphus diaconus de Britannia, natione Saxo, et cum eo ab imperatore missi abbates duo, Rotfridus notarius et Nantharius de sancto Othmaro. Imperator, edificatis per legatos suos super Albiam duobus castellis, presidioque in eis contra Sclavorum in-

cursiones disposito, Aquis natalem Domini celebravit, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 809 classis de Constantinopoli missa, primo Dalmatiam, deinde Venetiam appulit, cunque ibi hyemaret, pars ejus ad Cumaculam insulam venit, commissoque prælio contra præsidium quod in ea positum erat, a civibus victi atque fugati sunt. Dux autem qui classi præerat, nomine Paulus, cum de pace inter Francos et Græcos constituenda, quasi sibi hoc esset injunctum, apud Pippinum regem agere moliretur, Willario et Beato Venetiarum ducibus omnes conatus ejus impredientibus, atque ipsis etiam insidias parantibus, cognita eorum fraude, discessit. Dum hæc in Italia aguntur, Ludowicus rex in occiduis partibus cum exercitu Hispaniam ingressus, Dertosam civitatem super ripam Iberi fluminis sitam obsedit, consumptoque in expugnatione illius aliquanto tempore, postquam eam tam cito capi non posse vidit, dimissa obsidione cum incolumi exercitu in Aquitaniam se recepit. Postquam Eardulfus rex Nortdanibrorum in regnum suum restitutus est, cum missi reverterentur, Adulphus diaconus captus est a piratis, sed postea redemptus est Romamque reversus. In Tuscia Populonium, civitas maritima, a Græcis qui Orobitæ vocantur, deprædata est; Mauri quoque de Hispania Corsicam ingressi, in ipso sabbato sancto paschæ civitatem quandam deprædati sunt, et præter episcopum et paucos senes atque infirmos nihil in ea reliquerunt. Interea Godefridus, rex Danorum, per quosdam negotiatores mandavit duci qui Fresiam providebat, audisse se quod ei imperator esset iratus eo quod in Abrotides duxisset exercitum, et suos ultus esset injurias, addens se velle denegare quod ei objiciebatur, quod fœdus promissum irrupisset; petivit etiam ut mitteret imperator suos missos trans Albim juxta terminos regni sui, et ipse cum suis ibi veniret, invicemque discussis causis, quæque emendationis digna erant, absque contradictione ibi corrigerentur. Quod cum imperatori nuntiatum esset, non abnuvit, colloquiumque est habitum cum primoribus Danorum trans Albiam, multisque hinc inde prolatis, minime ad effectum res perducta est. Thrasco dux Abrotidorum, postquam filium suum postulanti Godefrido obsidem dederat, collecta manu, et auxilio a Saxonibus contracto, vicinos suos Wiltzos aggressus, agros eorum ferro et igne vastavit, regressusque domum cum ingenti præda, accepto iterum a Saxonibus validiori auxilio, Smeldingorum maximam civitatem expugnat, atque his prosperis successibus omnes qui eo defecerant, ad suam societatem redire coegit. Imperator itaque, cum ei multa de jactatione et superbia regis Danorum nuntiarentur, statuit trans Albiam civitatem ædificare. Francorumque in ea ponere præsidium; cunque ad hoc per Galliam atque Germaniam homines congregasset,

A armisque ac cæteris ad usum necessarium rebus instructos, ad locum destinatum ducere per Fresiam jussisset, Thrasco, dux Abrotidorum, in emporio Rerich ab hominibus Godefridi dolo interfectus est. Imperator, postquam locus civitati constituendæ fuerat exploratus, Egbertum comitem huic negotio exequendo præficiens, Albiam trajicere, et locum jussit occupare. Est autem locus super ripam Sturicæ fluminis, vocabulo Essesfelt. Occupatus est itaque ab Egberto et comitibus Saxonibus, et circa Idus Martii muniri cœptus. Dum hæc circa Danos aguntur, Aureolus comes, qui in confinio Hispaniæ atque Galliæ trans Pyreneum contra Oscam et Cæsaraugustam residebat, defunctus est, et Amoro præfectus in locum ejus intravit, missaque ad imperatorem legatione, se cum suis omnibus ejus obsequio traditurum promisit. Eclipsis lunæ accidit 7 Kalend. Januar.

Anno Dominicæ incarnationis 810 Amoros præfectus colloquium imperatoris expetiit in confinio Gallici et Hispanici litis; in eo colloquio se promisit cum suis omnibus imperatoris manibus commendaturum, quod licet imperator annuisset, multis intervenientibus causis, remansit infectum. Mauri, de tota Hispania maxima classe collecta, primo Sardiniam, deinde Corsicam applicuerunt, nulloque in ea invento præsidio, insulam pene totam depopulati sunt. Dum hæc aguntur, Pippinus rex perfidia ducum Venetiorum incitatus, ipsam insulam bello terra marique vexabat, subjectaque Venetia ac ducibus ejus in deditionem receptis, eandem classem ad Dalmatiæ littora vastanda misit. Sed cum Paulus, Cefalanæ præfectus, cum orientali classe ad auxilium Dalmatiis ferendum adventaret, regia classis ad propria regreditur. Ruodthrud, filia imperatoris quæ natu major erat, 8 Idus Jun. moritur. Imperator Aquis morabatur, ubi nuntiatum est ei, classem ducentarum navium de Nortmania in Fresiam applicuisse, ternaque prælia cum Fresonibus commisisse, Danosque victores tributum victis imposuisse, et jam 100 libras argenti a Fresonibus esse solutas, regemque Godefridum hæc omnia agere dixit. Qui nuntius adeo imperatorem concitavit, ut missis in omnibus circumquaque regionibus ad congregandum exercitum nuntiis, ipse sine mora palatio exiens, illas in partes tendere cœpit. Transito itaque Rheno flumine in loco qui Lippa dicitur, copias quæ nondum convenerant statuit opperiri. Ubi cum aliquot dies moraretur, elefas ille, quem ei Aaron rex Sarracenorum transmiserat, subita morte periit. Congregatis tandem copiis, quanta potuit celeritate ad Alarum fluvium contendit, castrisque positus minarum Godefridi regis præstolabatur eventum; nam ille tyrannus superbiæ spiritu inflatus¹², se jactavit arroganter, quod cum imperatore congredi vellet. Sed cum imperator in loco memorato sederet, diversarum rerum legationes

VARIE LECTIONES.

¹² regis præstolabatur, etc., usque inflatus 4, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, regis inflatus (omissis mediis) 1, 2, 8; codex 3 ita emendavit: ibique castra posuit, ex minis Godefridi regis iratus, qui se jactavit arroganter.

ad eum perferuntur; nam et classem quæ Fre-
siam vastabat domum reversam, et Godefridum a
quodam suo satellite interemptum, et castellum
vocabulo Huobbuocki, Albiæ flumini contiguum,
in quo Odo legatus imperatoris erat, et erat orien-
taliū Saxonum præsidium, a Wiltzis captum, et
Pippinum filium ejus, regem Italiæ, 8 Idus Julii
de corpore migrasse, duasque legationes de diversis
terrarum partibus, unam de Constantinopoli, alte-
ram de Corduba, adventare pacis causa nuntiaba-
tur. Quibus ille acceptis, disposita pro temporis
conditione Saxonia, Aquis revertitur. Tanta in ea
fuit expeditione boum pestilentia, ut pene nullus
tanto exercitui superesset, quin omnes usque ad
unum perirent, et non solum ibi, sed etiam per
omne imperium hujus generis animalia perierunt. **B**
Aquis veniens mense Octobris, memoratas legatio-
nes suscepit, pacemque cum Nicophoro imperatore
et cum Abulaz, rege Hispaniæ, fecit; siquidem Ve-
netiam Nicophoro reddidit, et Heinricum comitem
dudum a Sarracenis captum Abulaz remittente
recepit. Eo anno sol et luna bis defecerunt, sol 3
Idus Jun. et pridie Kal. Decem., luna 11 Kal. Julii,
et 9 Kal. Januar. Corsica insula iterum a Mauris
vastata est. Amoro et Abdiraman, filius Abulaz,
de Cæsaraugusta expulsus, et Oscam intrare com-
pulsus est. Godefrido, ut diximus, mortuo, Hem-
mingus, filius fratris ejus, in regnum successit,
pacemque cum imperatore fecit.

Anno Dominicæ incarnationis 811 absoluto atque
dimisso, Arsafio spatario, legato Nicofori augusti, **C**
ejusdem pacis confirmandæ gratia legati ab impe-
ratore Constantinopolim mittuntur, Haido episco-
pus Basiliensis, et Hug comes de Turonis, et Aio
Langobardus de Foro-Julio, et cum eis Leo quidam
spatarius natione Siculus, et Willarius dux Venetiæ,
quorum alter ante annos 10 Romæ ad imperato-
rem, cum ibi esset, de Sicilia profugit, et redire
volens patriam remittitur; alter propter perfidiam
honore spoliatus Constantinopolim ad dominum
suum duci jubetur. Condicta ab imperatore et
Hemmingo, rege Danorum, pax propter hyemis
asperitatem quæ inter partes commendi viam
claudebat, in armis tantum jurata servatur, donec
redeunte veris temperie, viis apertis, advenientibus
ex utraque parte, Francorum scilicet et Danorum, **D**
duodecim primoribus, super fluvium Agidoram,
datis vicissim secundum ritum ac morem suum
sacramentis pax confirmaretur. Proceres autem de
parte Francorum hi fuere, Walach, Burehardus,
Bernhardus, Egbertus, Theodericus, Ano, Osdag,
Wichman, omnes comites: de parte vero Dano-
rum in primis fratres Hemmingi Ancwin et An-
ganseo, deinde cæteri honorabiles inter suos viri,
quorum nomina superfluum duximus annotare.
Imperator itaque pace cum Hemmingo firmata,
et placito generali secundum consuetudinem Aquis
habito, in tres partes regni sui totidem exercitus
misit, unum trans Albiam in Linones, qui et ipsos
vastavit, et castrum Hohbuochi superiori anno a
Wiltzis destructum restauravit, alterum in Panno-

PATR. CXXXII.

niam ad controversias Hunorum ac Sclavorum
finiendas direxit, tertium super Brittones ad eorum
perfidiam puniendam misit; qui omnes rebus
prosperè gestis, domum reversi sunt. Ipse autem
imperator ad classem videndam, quam præce-
denti anno fieri et fabricari jusserat, ad Bonno-
piam venit, farumque ibi ad navigantium cursus
dirigendos antiquitus constitutam restauravit, et
in ejusdem summitate nocte ignem accendit, inde
ad Scalt fluvium veniens, in loco qui vocatur Gant,
naves ad eandem classem ædificatas aspexit, et
circa medium Novembrium Aquis venit, ubi obvia-
verunt ei legatis Hemmingi regis, Aovin et Hebbi,
munera regis et verba pacifica deferentes. Fuerunt
etiam Aquis adventum ejus præstolantes, qui de
Pannonia venerunt, Canizauci princeps Avarum,
et Thudun, et alii principes ac duces Sclavorum
circa Danubium habitantium, qui a ducibus Fran-
corum qui in Pannonias fuerunt missi, ad præsen-
tiam principis jussi sunt venire. Interea Carolus,
filius imperatoris qui major natu erat, obiit 2 Non.
Decembris.

Anno Dominicæ incarnationis 812 Hemmingus
Danorum rex moritur, cui cum Sigefridus nepos
Godefridi, et Anilo nepos Herioldi succedere voluis-
sent, neque inter eos de divisione regni conveniret,
comparatis copiis et commisso prælio ambo mo-
riuntur. Pars tamen Anilonis adepta victoria, fra-
tres ejus Heroldum et Reginfridum reges sibi con-
stituit, quam necessario pars victa secuta, eosdem
sibi Imperare non abnuit. In eo prælio 10,940 viri
cecidisse memorantur. Nicoforus imperator post
multas et insignes victorias, in Mæsia provincia,
commisso cum Bulgaris prælio, moritur, et Michael,
gener ejus, imperator factus, legatos domni impe-
ratoris qui ad Nicophorum imperatorem missi
fuerunt, suscepit in Constantinopolim, et absolvit;
cum quibus et suos legatos direxit, Michaellem sci-
licet episcopum et Arsafium, atque Theognostum
protospatarium, et per eos pacem a Nicophoro
ceptam confirmavit; nam Aquisgrani ubi ad impe-
ratorem venerunt, conscriptum pactum ab eo in
ecclesia susceperunt, more suo, id est græca lin-
gua laudes ejus dixerunt, imperatorem eum et
Basileum appellantes: et in revertendo Romam
venientes, in basilica sancti Petri apostoli eundem
pacti seu fœderis libellum a Leone papa denuo
susceperunt. Quibus dimissis, imperator generali
conventu Aquis solempniter habito, Bernhardum
filium Pippini nepotem suum in Italiam misit, et
propter famam classis quæ de Africa et Hispania
ad vastandum Italiam ventura dicebatur, Wallonem
filium Bernhardi patruelis sui cum illo esse jussit,
quousque rerum eventus securitatem suis adferret.
Hæc classis partim in Corsicam, partim in Sardi-
niam venit, et ea quidem pars quæ ad Sardiniam
venit, pene deleta est. Classis Nortmannorum
Hyberniam insulam agressa, commissoque cum
Scotis prælio, multis ex eis interfectis, cæteri fuga
lapsi sunt. A Grimaldo, duce Beneventanorum, 25
milia sordidorum auri pro tributo imperatori so-

luta sunt. Eodem anno expeditio facta est in Wilt-
zos, et ab eis obsides accepti. Heroldus et Regin-
fridus, reges Danorum, missa ad Imperatorem
legatione, pacem petunt, et fratrem suum Hemmin-
gum sibi remitti rogant. Hoc anno Idus Maii post
meridiem solis eclipsis fuit.

Anno dominicæ incarnationis 813 imperator Aquis
hyemavit, et incipiente vernali tempore Hamala-
rium qui episcopatum Treverensem tenebat, et Pe-
trum abbatem monasterii de Nonantulas, propter
pacem cum Michaele confirmandam Constantino-
pollim misit; ac deinde habito generali conventu,
evocatum ad se de Aquitania Ludovicum filium,
coronam illi imperialis dignitatis imposuit, Ber-
nardum nepotem suum Italiae præfecit, regemque
appellari jussit. Concilia quoque jussu ejus super
statum ecclesiarum per totam Galliam ab episcopis
celebrata sunt, quorum unum Mogontia, alterum
Remis tertium Turonis, quartum Caballonis, quin-
tum Arelatum congregatum est. et constitutiones
quæ in singulis factæ sunt, ab imperatore confir-
mate sunt, quas qui nosse voluerit, in supradictis
civitatibus invenire poterit, quamquam et earum
exemplaria in archivo palatii habeantur. Eodem
tempore missi sunt trans Albiam quidam Franco-
rum et Saxonum proceres ad terminos Nortmano-
rum, qui pacem cum eis secundum petitionem ipso-
rum facerent, et fratrem regum eis, redderent; ju-
ramentis itaque ex utraque parte datis, pax firma-
ta est. Tamen ea tempestate reges domi non erant,
sed ad Westersalt cum exercitu perrexerant, quæ
regio ultima regni illorum erat, inter septentrionem
et occidentem sita, contra aquilonem Britannicæ sum-
mitatem respicit, cujus principes ac populus eorum
dominationem dedignabantur; quibus perdomitis
cum reversi essent, et fratrem ab imperatore mis-
sum recepissent, filii Godefridi regis et nonnulli ex
primoribus Danorum, qui jam dudum relicta patria
apud Sueones exulabant attractis undique copiis
bellum eis intulerunt, et confluentibus ad se passim
ex omni Danorum terra populorum turmis, com-
misso cum eis prælio, eos regno paterno expulerunt.
Eodem anno Carolus imperator obiit, et Aquis in
basilica sancti Salvatoris, et sanctæ Dei genitricis
Mariæ honorifice sepultus est, quam basilicam ipse
mirifico opere a fundamento edificare fecit. Lud-
wicus, filius ejus, imperialia scepra suscepit.

A Hæc quæ supra expressa sunt, in quodam libello
reperi, plebeo et rusticano sermone composita,
quæ ex parte ad Latinam regulam correxi, quædam
etiam addidi quæ ex narratione seniorum audi-
vi. Cætera quæ sequuntur, meæ parvitas studio des-
cripta sunt prout in chronicorum ²⁸ libris adnotata
inveni, aut ex relatione patrum auditu percipere
potui ²⁹. Et de Ludowici quidem imperatoris, tem-
poribus perpaucis litteris comprehendere, quia nec
scripta reperi, nec a senioribus, quæ digna essent
memoriæ commendanda, audiui; de Hlotharii
vero imperatoris et fratrum ejus, regum Franco-
rum, gestis plura descripsi; ubi vero ad nostra
tempora ventum est, latius sermonem narrationis
protraxi: aliter enim, ut Hieronymus ait, narra-
tur visa, aliter audita: quæ melius scimus, melius
et proferimus.

DCCCXVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 818 Bernardus
filius Pippini, rex Italiae, Aquis evocatus ad impe-
ratorem dolo capitur, et primo oculis, post vita
privatur. Habuit autem iste Bernardus filium
nomine Pippinum, qui tres liberos genuit, Bernhar-
dum Pippinum et Heribertum; qui Heribertus
Rodulfum ³⁰ comitem, filium Balduini ³¹ inter-
fecit nostris temporibus, et non multum post
occisus est a Balduino, satellite Baluini, fra-
tris ³² Rodulfi, qui Balduinus hucusque (14) in
Flandris ducatum tenet.

DCCCXXIX ³³.

Anno Dominicæ incarnationis 829 Tancredus,
secundum abba Prumiensis ³⁴ (15) monasterii, obiit,
et Marwardus ³⁵ (16) ei in regimine successit, vir
prudens et sacre religioni deditus.

DCCCXXXVI (17).

Anno Dominicæ incarnationis 836 Brittones
fœdera violant ³⁶, et rebellare incipiunt cum
duce suo nomine Murmano; contra quos im-
perator exercitum producit, sed non adeo præ-
valuit.

DCCCXXXVII (18).

Anno Dominicæ incarnationis 837 Murmanus
rex Brittonum moritur, et Numenoio ³⁷ apud
Ingelenheim ab imperatore ducatus ipsius gentis
traditur.

DCCCXXXVIII (19).

D Anno Dominicæ incarnationis 838 Ludowicus a

VARIE LECTIONES.

²⁸ theonicorum libris 2. theonicorum libris 1. Theonicorum libris 3. ²⁹ percipere potui. Hæc quæ
hic desunt, in exordio hujus libri inveniuntur et de ludewici 7. ³⁰ rodulfum... rodulfi 1. 2. (ruodulfi), 5d.
7. 10. rodulphum... rodulphi 3. rodolfum... rodolfi 8. roudolfum... roudolfi 9. ruodolfum... ruodolfi 11.
ruodulfum... ruodolfi 12. rudolfum... rudolfi 5c. e. ³¹ balduini, etc. 5d. 7. 8. 10. bardwini 9. 11. war-
dwini 12. ab aldwinio 1. 3. 5c. d. e. 6. 7. 9. 10. 11. ab aldwinio 12. ³² fratris deest 2. 5c. d. e. frater 7.
³³ a. d. i. 836. 7. ³⁴ prumiensis 9. 10. 11. 12. ³⁵ marwardus 2, marcunardus 1. 3. 5. 6. marquardus
11. marchwardus 9. 12. marcuaidus 10. ³⁶ violare et 8. totus hic annus deest 2. ³⁷ numenoid 7. nu-
mendio 9. 10. 11. 12.

NOTÆ.

(14) Balduinus Rodulfi frater, in Flandris annis
879-918 ducatum tenuit.

(15) Recurrit ultimo loco in diplomate Ludovici
et Lotharii anno 826. Hontheim Hist. Trever. I, p.
175.

(16) Anno 835 primo in Ludovici imp. charta

pro monasterio Prumiensi nominatur. Hontheim I.
c. p. 178.

(17-20) Numeri annorum a Reginone quidem
scripti, falsi tamen sunt; res istæ annis 818, 833
et 834 contigerunt; Ebo autem anno 835 depositus
est.

suis imperio privatur, et privatus custodiae traditur, regniq[ue] monarchia Hlothario, filio ejus, per electionem Francorum datur³³; rursumque a filio Hludowico et a Francis de custodia eruitur, ac in imperiali sede restituitur. Fuit autem hæc dejectio ex permaxima³⁴ parte facta propter multimodam fornicationem Judith, uxoris ejus.

DCCXXXIX (20).

Anno Dominicæ incarnationis 839 Hlotharius, derelicta Francia, Italiam petiit. Ebbo, episcopus Remorum, in generali synodo deponitur, ac multi alii exilio damnantur, qui in dejectione imperatoris conspiraverant.

DCCCXL.

Anno Dominicæ incarnationis 840 Hludowicus imperator, dum filium Hludowicum trans Rhenum persequitur, morbo gravatur, et in navim missus, per Moinum³⁵ fluvium in Rhenum deducitur, ibique in insula juxta Ingelenheim vita decedit. Inde Mediomatrico³⁶ deportatus, in basilica sancti Arnulfi³⁷ honorabiliter sepulture mandatur. Statimque³⁸ Hlotharius Italia³⁹ regressus⁴⁰, imperium arripuit.

DCCCXLI.

Anno Dominicæ incarnationis 841 Hludowicus et Carolus, indigne ferentes quod regno paterno per omnia privati essent, exercitum undequaque contrahunt, ac mox fratrem bello aggrediuntur⁴¹ apud Fontaniacum; in qua pugna ita Francorum vires attenuatæ sunt ac famosa virtus⁴² infirmata, ut non modo ad⁴³ amplificandos regni terminos, verum etiam nec ad proprios tuendos imposterum sufficerent. Tandem non sine⁴⁴ gravi dispendio suorum Carolus et Hludowicus vicerunt.

DCCCXLII.

Anno Dominicæ incarnationis 842 tres supradicti fratres imperium Francorum inter se dividerunt; et Carolo occidentalia regna cesserunt, a Britannico oceano usque ad Mosam fluvium, Hludowico vero orientalia, scilicet omnis Germania usque Rheni fluenta, et nonnullæ civitates cum adjacentibus

pagis trans Rhenum⁴⁵ propter vini copiam. Porro Hlotharius, qui et major natu erat et imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens regnum sortitus est, quod hactenus ex ejus vocabulo Hlotharii⁴⁶ nuncupatur, totamque Provinciam, nec non et omnia⁴⁷ regna Italiæ cum ipsa Romana urbe, quæ et modo ab omni sancta Ecclesia propter præsentiam apostolorum Petri et Pauli speciali quodam veneratur privilegio, et quondam propter Romani nominis invictam potentiam orbis terrarum domina dicta fuerat⁴⁸.

DCCCXLVII⁴⁹.

Anno Dominicæ incarnationis 847 Helli⁵⁰ (21), Trevirorum episcopus⁵¹, ex hoc seculo transiit, et Thietgaudus⁵² kathedram ejus obtinuit.

DCCCLI⁵³.

Anno Dominicæ incarnationis 851 obiit Hirmingardis⁵⁴ regina (22), conjux Hlotharii imperatoris, venerabilis et Deo acceptabilis matrona, quæ tres filios Hlothario genuerat⁵⁵, videlicet Hludowicum, Hlotharium et Carolum.

DCCCLIII (23)⁵⁶.

Anno Dominicæ incarnationis 853 Nordmanni⁵⁷ Britannicum mare navigio girantes, hostia Ligeris fluminis occupaverunt, et repentina irruptione civitatem Namnetis⁵⁸ invadunt, omniaque cædibus, incendiis ac rapinis depopulantes, pontificem civitatis ipso die sabbato sancto⁵⁹ paschæ, cum baptismum ex mora celebraret, in basilica interficiunt, clerumque trucidant; omnemque circumquaque regionem devastantes, primum⁶⁰ Andegavensem, deinde Turonicam occupant urbem, ac velud immanis tempestas cuncta prosternit, ita cuncta consumunt. Templum etiam præcellentissimi pontificis Martini incendio cremant.⁶¹ Tunc primum Nordmannorum classis, ut aiunt, Ligeris attingit litora.

Eodem anno Egil abba monasterii Pruniensis⁶² constituitur. Circa hæc tempora (24) Carolus Pipinum, regem Aquitanie, nepotem suum cepit, ipsi Aquitanis eum prodeutibus, eo quod pace so-

VARIE LECTIONES.

³³ electionem fratrum datur 7. 8. 9. 10. 11. 12. ³⁴ ex maxima 1. 3. ³⁵ moim 1. 2. 3. magonum 5. 8. magonum 9. 10. 11. 12. ³⁶ mediomatricum 2. 5. 6. medio martio 3. medio matricorum civitatem 7—12. ³⁷ arnolfi 2. 3. 5. ³⁸ statim 6. *sqq.* ³⁹ Italiam 3. 5. 11. ⁴⁰ regressus 7—12. ⁴¹ aggrediuntur bello 7. 9—12. ⁴² formosa virtus 9—12. ⁴³ non modo non ad 5c. ⁴⁴ tamen non sine 7—12. ⁴⁵ ythenum. ytheni loco rhenum, rheni 7. ⁴⁶ lotharii 1. 2. 7. 8. lotharii regnum 3. lothar 6. lotharia 9—12. lotharingia 5. ⁴⁷ nec non omnia 2. 3. 5. 6. ⁴⁸ Anno 844. Lotharius regem Slavorum Gestionulum occidit, et Slavos sibi subjugavit. Anno 846. Ludoicus rex Pannoniam subegit, et inde rediens Bohemos vastavit 3. *in margine vetusta manu. ex Ann. Fuld. a. 844. 846.* ⁴⁹ 851. 9—12. ⁵⁰ hatto 5. 9 hecti 7. ⁵¹ archiepiscopis 7. 9—12. ⁵² thietgandus 5. thietgaudus 1. thioetgaudus 3. thitgaudus 2. ⁵³ 852. 9—12. ⁵⁴ herimingardis 1. 2. 5. hermingardis 3. ermengardis 4. yrmingardix 7. irmingardis 8—12. ⁵⁵ genuit. ⁵⁶ anni numerus dæst 7. 10. DCCCLIII. 1. 2. ⁵⁷ nortmani, britani, cum mare 5. ⁵⁸ namnetem 31 ⁵⁹ sancti paschæ 5. ⁶⁰ primum ad andagavensem 5. ⁶¹ cremaverunt 5. 6. ⁶² pruniensis 9—12.

NOTE.

(21) Anno 846 apud Hontheim l. c., p. 184, ultima vice occurrit.

(22) Ex Rabani epitaphio xiii Kal. Aprilis. Cf. Ann. Bertin. an. 853.

(23) Anno 848. Cf. Fragmentum historie Bri-

tanniæ Armoricæ, auctore cœvo, apud Martene-Thes. anecd., III, 381, et Bouquet VII, 46.

(24) Cf. Ann. Bertin. ann. 852, et Fuld. an. 85, *sqq.*

luta eadem provincia a suis indigenis devastaretur, et multa illic mala impune patrarentur, et captum cum consilio episcoporum ac procerum attondit, et habitu monachico indutum Suessionis in monasterium sancti Medardi misit. Inde, duobus monachis ⁶³ consentientibus simul et opem ferentibus, fuga dilapsus est; sed iterum captus, in Silvanectis ⁶⁴ (25) castro munitissimo custodiæ mancipatur. Fuit vero iste Pippinus filius Pippini, filii Hludowici imperatoris, de quo ferunt, quod eum pater, videlicet Hludowicus imperator, dum adhuc puerilis esset ætatis ⁶⁵, voluerit ad clericatus officium promovere, ac Drogoni episcopo Mettensi [M., fratri suo, patruo scilicet pueri, 7-12], avunculo videlicet suo, commendare ⁶⁶, erudendum ⁶⁷ liberalibus simul et ecclesiasticis disciplinis. Sed paternis votis Hlotharius ejusdem pueri frater obvius ⁶⁸, nequaquam permisit eum attondi, sed vi abstraxit de manu patris. Erat enim isdem puer, ut aiunt, ingentis [miræ, 7-12] pulchritudinis, cui postmodum Hludowicus imperator ⁶⁹, pater suus, cum inter filios suos imperium ⁷⁰ divideret, Aquitaniam tantum provinciam concessit. Sed non ei in prosperum cessit, quod a Dei cultura et servitio ⁷¹ revocatus est ⁷²; ebrietatibus enim et comessationibus die noctuque vacans, ad extremum mente captus, in maniacam ⁷³ incidit passionem, et presentem vitam cum dedecore amisit, successorem relinquens Pippinum filium, de quo paulo ⁷⁴ superius mentionem fecimus.

DCCCLV.

Anno Dominicæ incarnationis 855 Hlotharius, convocatis primoribus regni, imperium filiis suis divisit ⁷⁵; Hludowico Italiam tradidit, eumque imperatorem appellari fecit, æquivoco vero, id est Hlothario, regnum quod ex suo nomine vocatur concessit, Carolo autem, qui junior natu erat, Provincie regnum largitus est. Dispositis itaque atque ordinatis regni negotiis, valedicens suis, reliquit ⁷⁶ seculum, atque in Prumia monasterio ⁷⁷, veniens, comam capitis deposuit, habituque sanctæ con-

versationis suscepto, in religionis professione diem clausit extremum, 3 Kal. Octobris.

DCCCLVI.

Anno Dominicæ incarnationis 856 ⁷⁸ Hlotharius rex Thietbirgam ⁷⁹ reginam sibi in matrimonium junxit; ex qua conjunctione maxima ruina non illi solum, sed etiam omni regno ejus accidit, sicut in subsequentibus ⁸⁰ luce clarius apparebit.

DCCCLVIII (26).

Anno Dominicæ incarnationis 858 ⁸¹ Carolus rex, filius Hlotharii imperatoris, moritur; qui Provinciam regebat, et ex regno quod tenuerat, facta est non modica controversia inter Hlotharium regem et avunculum [patruum, 4, 7-12] ejus Carolum.

DCCCLIX.

Anno Dominicæ incarnationis 859 Hlotharius Hucherto ⁸² abbati ducatum ⁸³ inter Jurum et montem ⁸⁴ Jovis commisit, eo quod tunc fidelissimus putaretur, utpote affinitate conjunctus propter sororem Thietbirgam.

DCCCLX.

Anno Dominicæ incarnationis 860 Egil ⁸⁵ abbatiam Prumiensem sua sponte dimisit, et Ansbaldus ⁸⁶ (27) in regimine successit, vir omni sanctitate et bonitate conspicuus. His (28) temporibus Hludowicus senior, frater Hlotharii imperatoris, plurima bella strenuissime gessit adversus Sclavorum gentes; siquidem Marahensium ⁸⁷ regna ingressus, armis cuncta perdomuit, capto eorum principe nomine Rastiz ⁸⁸, cui etiam propter violata fœdera oculos effodere [erui, 7-12] jussit ⁸⁹.

Ea tempestate (29) inter principes Jaroli magnum discordiarum ac litium eferbuit incendium. ⁹⁰ Denique Lambertus, qui ducatum tenebat inter Ligerim et Sequanam, Vivianum ⁹¹ (30) potentem virum dolo interfecit; rursus eundem Lambertum (31) Gauzbertus ⁹² comes cum aliis æque dolo ⁹³ trucidavit. Isdem Gauzbertus (32) jussu Caroli decollatus est. Destitutam terram principibus et consilio nudatam perspicentes Brittones, arma corripunt, fines regni

VARIE LECTIONES.

⁶³ monachis in hoc 1. ⁶⁴ captus insula Nectis 5. m silua noctis 7. ⁶⁵ ætate 7. puerulus esset, voluerit 2. ⁶⁶ drogoni episcopo mettensi avunculo videlicet suo commendare 1. 2. 3. (4.) 5. 6. ⁶⁷ erudendum illum 8. ⁶⁸ obvius *deest* 5. ⁶⁹ hludowicus imperator *deest* 1. 3. 6. ⁷⁰ inter filios suos imperium *deest* 1. 3. 6. inter filios suos *deest* 5. ⁷¹ dei servitio 4. 7. 9-12. ⁷² servitio subtractus est 5. 7. 9-12. ⁷³ in amaniacam 7. in amanicam 9. 10. amenciam 11. 12. ⁷⁴ paulo *deest* 7. 9-12. ⁷⁵ imperium suum inter filios divisit 1. 2. 3. 6? ⁷⁶ suis mundum reliquit 5. 6? ⁷⁷ prumiam monasterium 5. 6? prumia monasterium 4. ⁷⁸ 855. *in loco raso*. 11. 12. ⁷⁹ thietbergam 5. *constanter*. ⁸⁰ in sequentibus 1. 3. 4. 6. ⁸¹ 856. 11. 12. (*in loco raso*). 859. 1. 2. 10. ⁸² hucherto 7. hugberto 3. 11. 12. ⁸³ ducatum *deest* 5. 7. ⁸⁴ monte 7. ⁸⁵ Exgil 2. ⁸⁶ auspaldus 5. ⁸⁷ mirahensium 3. ⁸⁸ rastix 1. rastrix 3. rastiz 2. 5. 6. rastri. 11. ⁸⁹ oculos effodiare jussit 2. ⁹⁰ efferunt incendium 9-12. ⁹¹ vivinianum 7. juvianum *cod S. Godeh.* ⁹² ganzbertus, etc. 5. gausbertus, etc. 9-12. ⁹³ comes æque dolo 5. aliis dolo 7-12. aliis multis tr. 7.

NOTÆ.

(25) *Sentis*.

(26) Anno 863.

(27) Anno 861 primo in Diplomatis occurrit. Hontheim l. c., p. 198.

(28) Rastiz anno 870 captus est. Ann. Fuld.

(29) Anno 848 (Chron. Britannicum apud Bou-

quet VII, 221) aut 849. (Ann. Bertin.) Carolus a Nomenvio victus est.

(30) An. 851, ex Chron. Aquitan. seu Memmiano, et Engolism.

(31) An. 852, Ann. Bert.

(32) Anno 853; cf. chron. Aquitan. sive Memmianum et Engolismense an. 852.

Francorum invadunt, Ligerim transeunt, et usque A Pictavis progrediuntur, cædibus, rapinis, et incendiis omnia depopulantes, oneratique ingenti præda ad propria redeunt. Ad (33) compescendam vero hujus præsumptionis insolentiam Carolus cum magno exercitu Britanniam intravit. Pugna committitur, Saxones (34) qui conducti fuerant, ad excipiendos velocium equorum anfractuosos recursus in prima fronte ponuntur, sed primo impetu, spiculis Brittonum perterriti, in acie se recondunt. Brittones more solito huc illucque cum equis ad hujuscemodi conflictum exercitatis discursantes ⁹⁴, modo confertam ⁹⁵ Francorum aciem impetunt, ac totis viribus in medio ⁹⁶ spicula torquent, nunc fugam simulantes ⁹⁷, insequentiam nihilominus pectoribus spicula figunt. Franci qui B cominus ⁹⁸ strictis gladiis pugnare consueverant, attoniti stabant, novitate ante inexperti ⁹⁹ discriminis percussi, nec ad insequendum idonei, nec in unum conglobati tuti. Nox superveniens bellum ¹⁰⁰ diremit. Multi ex Francis interfecti, quamplurimi vulnerati, innumerabiles equi perierunt. Sequenti die rursus pugna inchoatur, sed graviore infortunio ¹⁰¹ finitur. Quod cernens Carolus, nimio terrore dissolutus, nocte inscio exercitu clam aufugit, de relicto papilione, tentatoriis, et omni regio apparatu. Mane facto, cum exercitus fuga lapsum regem comperisset, nimia formidine repletur, nihilque aliud nisi de fuga meditatur; Brittones clamore irruunt, et castra Francorum omnibus divitis referta ¹⁰² invadunt, omnemque C belli copiam, capessunt, fugientia Francorum agmina insecuntur, obvios quosque aut ferro cædunt, aut vivos capiunt; reliquos fuga servavit. Ditati itaque Brittones opibus Francorum armisque instructi, in sua se recolligunt.

DCCCLXI (35)

Anno Dominicæ incarnationis 861 ¹⁰³ Carolus ¹⁰⁴⁻¹⁰⁵ placitum habuit in Compendio, ibique cum optimatum consilio Rodberto ¹⁰⁶ comiti ducatum inter Ligerim et Sequanam adversum Brittones commendavit, quem cum ingenti industria per aliquod tempus rexit.

DCCCLXII (36).

Anno Dominicæ incarnationis 862 ¹⁰⁷. Nomen-

noius ¹⁰⁸ rex Brittonum moritur, divino nutu percussus. Nam cum ecclesias Dei devastaret, et confinia crudeliter depopularetur, eo quod Carolo debitam fidelitatem servarent, quadam die, cum equum ascendere vellet, ut cœptam maliciam consumaret, repente vidit ante se sanctum ¹⁰⁹ Maurilionem ¹¹⁰ episcopum astare, sibi hæc torvo vultu et terribilibus oculis ingeminantem: *Desine jam, crudelis prædo, ecclesias Dei devastare.* His dictis, baculum quem manu gestabat elevans, eum in capite percussit; qui a suis in domum reportatus, vitam cum regno finivit. Fuit autem iste Maurilio ¹¹¹ episcopus Andegavensis urbis ¹¹². cujus civitatis termini cohærebant finibus Britannicæ, et ideo ab eis graviter depopulabantur ¹¹³ Filius Nomenoi, Herispoiis ¹¹⁴, regnum paternum obtinuit.

DCCCLXIII (37).

Anno Dominicæ incarnationis 863 Carolus ¹¹⁵ iterum cum immenso exercitu fines Brittonum intravit, sed minime ut optaverat prævaluit; novissime autem ¹¹⁶ cum eis pacem fecit. Datis itaque ex utraque parte obsidibus et sacramentis, Herispoiis rex ad eum venit, ejusque dominationi se subdidit. Carolus magnis muneribus honoratum Herispoiis in regnum abire permisit; ipse ¹¹⁷ in Franciam revertitur.

DCCCLXIV.

Anno Dominicæ incarnationis 864 Blotharius rex cœpit (38) occasiones quærere, qualiter Thietbirgam reginam a suo consortio separare potuisset, quam exosam habebat propter Waldradam ¹¹⁸, quæ ejus fuerat concubina, cum adhuc adolescens esset in domo paterna. Hanc siquidem, diabolo inflammante, nimio diligebat amore. Guntarium itaque, Coloniensis urbis pontificem, qui eo tempore erat archicapellanus, rex primo per subintroductos missos, deinde per semetipsum super hujuscemodi dissidio omni arte aggreditur, et ut facilius assensum præberet, promisit se ejusdem episcopi neptem in matrimonium accepturum, tantum ut predictam Thietbirgam ejus aliorumque episcoporum auctoritate et licentia repudiare quacumque ratione ¹¹⁹ potuisset. Qui, ut erat levis animo ac inconsideratus actione, protinus omni intentione ¹²⁰ in rem ¹²¹, introducit, vana spe, ut postea clarnit, seductus. Rursus idem

VARIÆ LECTIONES.

⁹⁴ discurrentes 5. ⁹⁵ consertam 1. 3. 9-12. ⁹⁶ in medium 6. 8-12) ⁹⁷ fugam simulante 1. 2. 3. 4. 5. 6. fugam simulantium 3. nim fugam 7. nunc fugati 9. 10. 11. nec fugati 12. ⁹⁸ qui quo minus 5. ⁹⁹ novitate autem in experti 1. 2. 3. 4. 5. 6. ¹⁰⁰ superveniens prælium 1-4. ¹⁰¹ sed priori infortunio 4. ¹⁰² referta divitiis 7-12. ¹⁰³ 862. 7. *anni numerus deest* 10. ¹⁰⁴⁻¹⁰⁵ carolus rex 1. ¹⁰⁶ Redberto 7. roudberto 9. rudberto 10. ruodberto 3. 11. ruodperto 12. roberto 4. rudperto 2. rotberto 1. ¹⁰⁷ 862. 7. ¹⁰⁸ numeneus 1-3. 5. 7. numeneius 4. nomeneius 8. nomecius 9. 11. 12. dometius 10 *sed infra* nomenoi 9-12. nomenoi 8. numenoi 2. nomine oherispoiis 7. ¹⁰⁹ sanctum *deest* 7. 9-12. ¹¹⁰ maurilionem 5. maurilinomen 2. maurilium 4. sanctum maurilionem 8. ¹¹¹ maurilo 5. ¹¹² andegavensis civitatis 7-12. ¹¹³ depopulabatur 5. ¹¹⁴ herispius 5. ¹¹⁵ carolus vero 7-12. ¹¹⁶ novissime cum 7-12. ¹¹⁷ ipse autem in 7-12. ¹¹⁸ *Waldradæ nomen in codice 7. nonnunquam Vuldrada scribitur, ut et in ann. Fuldensibus,* ¹¹⁹ quacumque occasione 4. ¹²⁰ intentione 5. ¹²¹ in rem *deest* 1-3. 5. 6.

NOTÆ.

(33) Cf. not. 29.

(34) Saxones Baiocassini, jam apud Gregorium Turonensem obvii.

(35) Cf. Ann. Bertin. an. 859; 861.

(36) Anno 851. Cf. ann. Bert.

(37) Anno 851. Cf. Ann. Bert.

(38) Cf. Ann. Fuld. et Bert. ad ann. 863.

Guntharius Thietgaudum, archiepiscopum Trevirensem, hac de causa alloquitur, et sciens ¹²² esse virum simplicem, nec adeo in divinis Scripturis eruditum canonicisque sanctionibus exercitatum, ex utriusque Testamenti paginis quasdam sententias profert, quas aliter quam ecclesiastica regula docet edisserens, virum improvidum secum in fossam trahit, cæcus cæco ducatum præstans. Quid plura? facta sunt omnia, quæ huic commento videbantur esse necessaria. Concilium Mettis (39) convocant ¹²³, reginam quasi canonicè evocant ¹²⁴ in medio statuunt, testes producunt una cum scriptis, qui valde gravia crimina imponentes ¹²⁵, inter alia protestati sunt, quod eadem Thietbirga confessa fuisset, semetipsam fratris germani incestuoso conubitu esse pollutam. Continuo statuta patrum de incestuosis recitantur, et non solum a legitimo viro separatur, verum etiam omnis copula maritalis inhibetur penitentia juxta modum culpæ indicitur, et tali nefaria ¹²⁶ machinatione diu exoptata voluntas regis adimpletur.

Non multo post interjecto tempore (40) iterum conventum synodalem Aquisgrani ¹²⁷ coadunant, ubi rex libellum suæ proclamationis obtulit, ubi continebatur, qualiter in quadam femina Thietbirga nomine, factiosis perfidorum hominum argumentis fuerat defraudatus, imo non mediocriter repetivit, quod iudicio episcoporum dissidii sententiam pertulisset. Quæ si idonea esset conjugali thoro, et pestifera incestus pollutione sedata non fuisset, nec vivæ vocis confessione publice condemnata, sponte eam retineret: porro se incontinentem esse professus est, et sine copula juvenilis ætatis ardorem ferre non posse. Allatis ¹²⁸ itaque diversorum consiliorum voluminibus, multa de incestuosis replicata sunt; quibus recitatis, hanc diffinitivam sententiam protulerunt: « Credimus illam non fuisse idoneam ac legitimam conjugem, neque a Deo ¹²⁹ præparatam esse uxorem, quæ publica confessione incestuoso fornicationis crimine denotata probatur. Quodcirca glorioso principi nostro pro sua in divino cultu devotissima affectione ¹³⁰ aque victorissima regni tuitione, cui non solum nos; verum etiam (omnis 7-12) canonica ¹³¹ auctoritas interdixit incestuosum conjugium, legitimum matrimonium a Deo illi concessum non denegamus, juxta indulgentiam dicentis Apostoli: *Melius est nubere quam uri.* » His ita pa-

tratis, Waldrada jam in publicum procedit stipata obsequentium multitudine, omnisque regia aula resultat, Waldradam reginam esse. Guntharii ¹³² episcopi neptis ad regem accersitur, ac semel, ut aiunt, ab eo constupratur, atque cum cachinno et omnium derisione ad avunculum remittitur. Igitur agentibus fratribus Thietbirgæ reginæ, hæc omnia ad notitiam Nicolai papæ deferuntur, qui eo tempore Romanæ præsidebat Ecclesiæ.

DCCCLXV (41).

Anno Domini incarnationis 865 missi sunt Hagano ¹³³ et Rodoaldus ¹³⁴, apostolicæ sedis legati, in Galliam, ad discutiendum, utrum res ita se haberet, sicut ¹³⁵ summo pontifici nunciata fuerat: qui in Francia venientes, pecunia corrupti, magis faverunt iniquitati quam æquitati. Tamen ad regem pervenientes, cum ei declarassent legationis suæ causas, tale responsum ab eo acceperunt, se nihil aliud egisse, nisi quod episcopi ipsius regni in generali synodo sibi agendum præmonstrassent ¹³⁶. Dederunt autem idem legati consilium regi, ut illos episcopos ¹³⁷ qui illi ¹³⁸ synodo præfuerant, ad sedem apostolicam destinaret, qui verbis ac scriptis universali papæ satisfacerent. Legati immensis ditati opibus, Romam regressi sunt, nuntiaveruntque præsuli quæ in Galliis viderant et audierant, adjicientes ¹³⁹ se nullum ¹⁴⁰ sapientem episcopum in regno Hlotharii invenisse, qui ad liquidum canonicis ¹⁴¹ esset institutus disciplinis. Interea (42) Thietgaudus et Guntharius archiepiscopi Romam profecti sunt, ea animi intentione, ut et regem innoxium in supradicto facto demonstrarent ¹⁴², et se cum cæteris coepiscopis ecclesiastica atque apostolica ¹⁴³ exercuisse decreta, stultitiæ (quidem 7-12) elogio ¹⁴⁴ denotandi, qui illam (beati 8, 7-12) Petri ¹⁴⁵ sedem aliquo pravo dogmate fallere posse arbitrati sunt, quæ nec fefellit ¹⁴⁶, nec ab aliqua hæresi unquam falli potuit. Itaque cum in præsentiam ¹⁴⁷ Nicolai papæ venissent, libellum obtulerunt, in quo continebantur gesta synodalia, quæ in Mediomatrico et Aquis ¹⁴⁸ ab eis statuta fuerant. Qui cum a notario coram omnibus recitatus esset, interrogavit pontifex, si hæc scripta verbis confirmarent ¹⁴⁹? Responderunt, inconveniens videri, ut quod propriis manibus roboraverant, verbis infirmari ¹⁵⁰ mallent. Et sic ne repulsa nec admissa eorum assertione, jussi sunt ire ad hospitia

VARIE LECTIONES.

¹²² alloquitur sciens 5. ¹²³ convocat 5c e. ¹²⁴ canonicè vocatam 7. 12. ¹²⁵ imponebant 5. ¹²⁶ et tam nefaria 7-2. ¹²⁷ aquisgrani 4. 5. ¹²⁸ Allatis etc. usque replicata sunt *deest* 7-12 ¹²⁹ neque a deo 5. *et alti.* ¹³⁰ devotissima assertione 2. 3. 4. 5. ¹³¹ etiam canonica 1-6. ¹³² gunterius *constanter in* 5. ¹³³ agano 10. ¹³⁴ rodoaldus 9-12. ¹³⁵ habet sicut 5c. ¹³⁶ demonstrassent 4. ¹³⁷ ut episcopos qui eidem synodo 7-12. ¹³⁸ *deest* 8. ¹³⁹ adiciente usque disciplinis *deest*. ¹⁴⁰ nullum se 1. 3. ¹⁴¹ qui aliquantum canonicis 7. ¹⁴² facto monstrarent 7. 9-12. ¹⁴³ atque apostolica *deest* 7. ¹⁴⁴ eulogio 9-12. ¹⁴⁵ petri apostoli 7. ¹⁴⁶ nec se fefellit 5. ¹⁴⁷ præsentia 7-12. ¹⁴⁸ mediomatrico urbe vel aquis 7-12 mediomatrico urbe et aquis 2. 5. ¹⁴⁹ verbis infirmare 7-12. verbis infirmarent 4. ¹⁵⁰ verbis infirmari 1. 3.

NOTE.

(39) An. 860. Aquisgrani, non metis celebratum est,

(40) An. 862. Cfr. Conell. Labb. T. VIII, et Ann.

Bert. ad h. g. a.

(41) Cf. Ann. 863.

(42) Anno 864. Cf. Ann. Bert.

sua, quousque revocarentur. Paucis ergo interpositis diebus ¹⁵¹, ad synodum quam papa congregaverat sunt accersiti, ubi eorum damnata et anathematizata sunt scripta, et ipsi, omnibus adjudicantibus episcopis, presbyteris ac diaconibus ¹⁵², sunt depositi et omni ecclesiastica dignitate privati. Qui tam turpiter debonestati, Hludowicum imperatorem, fratrem Hlotharii regis, adeunt, qui ea tempestate Beneventanis morabatur in partibus, scriptis ac dictis vociferantes, se injuste esse depositos, ipsi imperatori et omni sanctæ ecclesiæ injuriam esse factam, cum nunquam auditum sit vel usquam lectum, quod ullus metropolitanus ¹⁵³ sine conscientia principis vel præsentia aliorum metropolitanorum fuerit degradatus. Adjecerunt insuper multa alia, blasphemantes eundem papam, quæ hic superfluum duximus enumerare, existimantes ejusdem se imperatoris adminiculo simul et intercessionis ope et criminis objecti abolere ¹⁵⁴ notam, et pristinæ dignitatis recuperare statum. Sed spes eorum frustrata est, quamvis imperator omnibus votis illis opitulari voluisset. Thietgaudus depositionis suæ a sede apostolica prolatam sententiam patienter ferens, juxta præcedentem consuetudinem nihil omnino de sacro ministerio contingere præsumpsit; Guntharius vero superbiæ spiritu inflatus, vetitum sibi officium usurpare ausu temerario non expavit, parvipendens apostolicam excommunicationem. Revertuntur igitur in Franciam debita confusione respersi ¹⁵⁵. Et dim iterum ac tertio ¹⁵⁶ sedem apostolicam ob reparationis et restitutionis gratiam, ¹⁵⁷ adissent, novissime in Italia ¹⁵⁸ infirmitate præventi, peregrini et exules moriuntur, communione laicali sibi tantum concessa.

DCCCLXVI.

Anno Dominicæ incarnationis 866 Arsenius (43) episcopus, apocrisiarius (44) et consiliarius Nicolai papæ, vice ipsius directus est in Franciam; quo perveniens tanta auctoritate et potestate usus est, ac si idem summus præsul advenisset. Convocato denique episcoporum conventu, Hlotharium regem alloquitur, ut unum e duobus eligat, aut propriæ reconcilietur uxori, abdicato Waldradæ pellicis consortio, aut protinus anathematis gladio feriretur, ipse omnesque ei in hoc scelere favorem præstantes. Hac necessitate constrictus ¹⁵⁹, vellet nollet, Thiet-

A birgam reginam in matrimonium recepit, interposito jurisjurandi sacramento, se illam ita in reliquum habere, sicut æquitatis jura dictant legitimam uxorem esse tenendam, nec eam a se separaret, nec ipsa vivente aliam super eam induceret. Posthæc Waldradam ex auctoritate Dei et sancti Petri et verbo domni apostolici Romam ire jubet, ut pro se rationem reddere studeat ¹⁶⁰. Engildrudam quoque ¹⁶¹, uxorem quondam Bosonis ¹⁶² comitis, a sede apostolica excommunicatam esse, omnibus declaravit, quia proprium deseruerat maritum, et Wangerum, suum vasallum, in Gallias secuta fuerat ¹⁶³; quam excommunicationem cum omnibus qui aderant episcopis renovavit.

B Post hæc eadem Engildrudis ¹⁶⁴ prædicto Arsenio in Wormatia civitate se repræsentavit, in quo loco præfatus episcopus Hludowico regi occurrerat. Juravit igitur in præsentia ipsius missi sacramentum, hunc modum continens: « Ego Engildrudis, filia quondam Mathfridi comitis, quæ fui uxor Bosonis comitis, vobis ¹⁶⁵ domno Arsenio episcopo, misso et apocrisiario summe sanctæ catholicæ ¹⁶⁶ atque apostolicæ sedis, et per vos domno ¹⁶⁷ meo Nicolao, summo pontifici et universali papæ, juro per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per hæc quattuor Christi dei ¹⁶⁸ Evangelia ¹⁶⁹, quæ ore osculor ¹⁷⁰ et manibus propriis tango ¹⁷¹, quia amodo relictam illam maliciam ¹⁷² quam in prænominato Bosone viro meo exercui, ut ovis quæ perdita fuit, ad ¹⁷³ sanctam catholicam atque apostolicam ¹⁷⁴, sub eadem obligatione qua dominus Nicolaus, summus pontifex et universalis papa, me obligavit, revertar Ecclesiam, et in Italico regno ¹⁷⁵, aut vobiscum aut ante vos, quoquomodo provideritis, ibo, et quicquid dominus apostolicus ¹⁷⁶ jusserit vel terminaverit adimplebo, vel perficere ¹⁷⁷ non recusabo. » Sed tam horribile jusjurandum non adimplevit. Siquidem usque Danubii fluentia cum eodem Arsenio perrexit, ibique ad quempiam consanguineum pro caballorum adminiculo ¹⁷⁸ ire condixit, et ad Augustam civitatem ad eundem missum se reversuram ¹⁷⁹ pollicita est. Tali occasione gressum retorquens ¹⁸⁰, ex Alamannia in Franciam repedavit: quod cum supradictus ¹⁸¹ Arsenius cognovisset, epistolam misit omnibus archiepiscopis et episcopis [presbyteris 7], atque omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus Galliæ, Germaniæ ac D Neustriæ ¹⁸² commorantibus, obtestans omnes per

VARIÆ LECTIONES.

¹⁵¹ ergo (vero) paucis interjectis diebus 7—12. ¹⁵² diaconi 7. 9—12. ¹⁵³ metropolita 1. 3. ¹⁵⁴ aboleri 5. ¹⁵⁵ confessione repulsi 5. ¹⁵⁶ atque tertio 7—12. ¹⁵⁷ apostolicam reparationis et r. gratia 7. ¹⁵⁸ in italiam 7. ¹⁵⁹ necessitate compulsus vel constrictus 5. ¹⁶⁰ reddere debeat 7—12. ¹⁶¹ quoque *deest* 1—3, 5. 6. ¹⁶² bosonis, etc. 5. ¹⁶³ secuta fuerit 2. 3. 5. 6. est 7—12. ¹⁶⁴ engildruda 5. engiltrudis 4. 7. *Engildrudis juramenti verba non leguntur in 4.* hengiltrudis 7. ¹⁶⁵ comitis tibi domno 7—12. ¹⁶⁶ apocr. sanctæ catholicæ 7—12. ¹⁶⁷ per vos *deest* 7. 9—12. per te 8. ¹⁶⁸ christi dei *deest* 9—12. ¹⁶⁹ christi evangelia 7. 8. ¹⁷⁰ obosculor 7. ¹⁷¹ manibus tango 7—12. ¹⁷² relictam illam malitia 7—12. ¹⁷³ ovis perdita ad 7—12. ¹⁷⁴ cath. et apostolicam 7—12. ¹⁷⁵ italicum regnum 2. 7—12. ¹⁷⁶ quicquid dominus apostolicus i. v. t. adimplebo *deest* 7—12. ¹⁷⁷ proficiscere 9, proviciscere 12. proficisci 11, proficere 10. ¹⁷⁸ perrexit i. a. q. c. p. c. adminiculo *deest* 7. ¹⁷⁹ eum reversura 7. ¹⁸⁰ torquens 5. ¹⁸¹ repedictus 7—12. ¹⁸² nustriæ 2. nestriæ 9—12.

NOTÆ.

(43) Cf. Ann. Fuld. et Bert. an. 865.

(44) Id est referendarius, cancellarius, aut legatus.

auctoritatem Dei omnipotentis et beatorum ¹⁸³ principum Petri et Pauli, et domni pontificis et universalis papæ [Nicolai 8-10, 12], ut nullus eam in suam parrochiam reciperet, sed eam funditus in omnibus ecclesiis suis prædicarent excommunicatam, et ab omni christianorum communione sequestratam, insuper et anathematis vinculo innodatam ¹⁸⁴, et inter impias et scelerosas damnatam, donec de pestiferis factionibus suis atque perpetrato perjurio ante domni apostolici præsentiam dignam acciperet pœnitentiam.

His summatim commemoratis, revertamur ad Hlotharii regis ingemiscendam causam. Legatus itaque apostolicæ sedis, compositis ¹⁸⁵ in Gallia rebus, Romam unde venerat reversus est. Rursusque Waldrada ejusque complicitibus decertantibus, ^B regis animus adversum Thietbirgam commovetur, excitantur iræ, et in sopitis discordiarum et odiorum cineribus denuo copiosus ignis accenditur. Despicitur, abominatur reicitur ¹⁸⁶, adulterii crimen impingitur, omnique ingenii arte exquiritur, qualiter puniri quasi rea possit. Illa prævidens imminere sibi mortis periculum, latenter aufugit, et ad Carolum perveniens, ejus se tuitioni commisit; quod cum, fama divulgante, Nicolaus ¹⁸⁷ papa cognovisset, misit Carolo regi epistolam collaudatoriam ¹⁸⁸ (45), hæc continentem :

« Inter alios sanctæ Ecclesiæ religiosos propugnatores, et veritatis ¹⁸⁹ strenuos defensores neminem magis super Thietbirgæ, gloriosæ reginæ, ^C contritione sollicitum, neminem magis ipsius incommoditatibus condoluisse quam vestræ pietatis affectum recolimus. » Et post congruentem exhortationem addidit : « Excellentiam vestram nolumus ignorare, adeo Hlotharium regem Thietbirgam conjugem suam, diversis afflictionibus subdidisse, et innumeris pressuris contra præstita juramenta ¹⁹⁰ subegiss, ut nobis coacta nunc scriberet, regia se velle exui dignitate seu copula ¹⁹¹, et sola ¹⁹² privata vita fore contentam. ¹⁹³ Cui nos scripsimus ¹⁹⁴, non hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam conjux ejus Hlotharius ¹⁹⁵ didicimus, ipse Hlotharius elegisset. Verum, sicut multorum relatione ¹⁹⁶ didicimus, ipse Hlotharius conventum celebrare disposuit ¹⁹⁷, et eandem Thietbirgam ^D examini proprio et judicio ¹⁹⁸ subicere meditatur. Et siquidem eam præstigiis falsitatis suæ vel

argumentosis ambagibus potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, vult eam penitus a se sequestrare. Sin autem vult eam tanquam propriam quidem uxorem admittere ¹⁹⁹, sed deinde quasi mœchata fuerit, insimulare, atque propter hoc ²⁰⁰ hominem suum et hominem Thietbirgæ ad monachiam ²⁰¹ impellere, et si homo ipsius reginæ ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quæ quantum sint omni divinæ legi contraria, magnitudo prudentiæ vestræ, credimus, jam advertit. Sed et nos hinc aliquid strictim volumus demonstrare, prius asseverantes quod de retroacta controversia Thietbirga non debet ulterius ad itteratam responsionem provocari, quoniam quod bene semel definitum est et interpositis sacramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ubi ²⁰² fuerit major auctoritas, retractari. Deinde quod ecclesiæ refugium querens, ecclesiasticum judicium semper expetens, submitti non debet seculari ²⁰³ judicio. Post hæc vero, cum nos ex utraque parte, id est tam ²⁰⁴ a Hlothario quam a Thietbirga, fuerimus provocati iudices, nosque amborum controversiam executi simus, ad nullos alios convenit super hoc negotio iudices convolare, cum secundum sacros canones a iudicibus quos communis consensus elegerit, non liceat provocare, et ubi concessa est provocatio, non nisi ubi major est auctoritas ²⁰⁶, liceat provocare ²⁰⁷. Itaque, cum non sit apostolicæ sedis auctoritate, quæ amborum negotium executum est, usquam major auctoritas, nescimus si alicui liceat de ejus judicio judicare, vel ejus retractare sententiam. » Et post pauca : « Illud vero quod Hlotharius Thietbirgam de adulterio criminatur, quis non videat dolo esse plenum ? Denique, si, ut ipse jaetat, uxor ejus non est, quid pertinet ²⁰⁸ ad eum illi de adulterio calumniam texere, cum nec mœchari potuit ²⁰⁹, si alicujus uxor non existit ²¹⁰ : porro si a Hlothario de adulterio accusatur, et, si convicta ²¹¹ fuerit, ultio præparatur, necesse est, ut fateatur uxorem. » Et quibusdam interpositis : « Præterea sive de conjugii fœdere, sive de adulterii crimine judicium sit agitandum, nulla ratione patet Thietbirgam cum Hlothario posse legalem inire conflictum, vel legitimum controversiæ subire certamen, nisi prius ad tempus suæ fuerit reddita potestati, sed et suis ²¹² consanguineis libere sociata; inter quos etiam locus providendus est, ubi nullas vis ²¹³ multitudinis formidanda, et non sit difficile testes

VARIÆ LECTIONES.

¹⁸³ et sanctorum principum petri 7—12. beatorum apostolorum 4. ¹⁸⁴ innodatam donec 7—12. ¹⁸⁵ sedis receptis compositis 7. ¹⁸⁶ abominatur rea citatur 5e. ¹⁸⁷ Nicolai epistolæ desunt in 4. ¹⁸⁸ exhortatoriam et collaudatoriam 4. ¹⁸⁹ propugnatores veritatis 5c. e. ¹⁹⁰ contra præscripta juramenta 5d. 8—12. contra scripta i. 7. ¹⁹¹ dignitate sine copula 5. dignitatem 7. ¹⁹² et solam 5. ¹⁹³ contempta 7. ¹⁹⁴ nos rescripsimus 5. 7—12. ¹⁹⁵ conjux ejus hlotharius eandem vitam 7. 9—12. ¹⁹⁶ relatione 7. 9—12. ¹⁹⁷ disponit 7—12. disposuit 1. 2. 3. 5. 6. ¹⁹⁸ exanimi proprio judicio 5c. e. ¹⁹⁹ uxorem accipere 3—12. ²⁰⁰ atque post hoc 1. 3. pro hoc 2. ²⁰¹ monachiam 5. ²⁰² fortassis ibi 5. ²⁰³ secularium judicio 1. 3. ²⁰⁴ ²⁰⁵ utraque parte idem tam 5. 7. 9—12. ²⁰⁶ auctoritas est. 1. 3. ²⁰⁷ et ubi concessa est . . . liceat provocare *deest* 2. 5c. 8. 6. ²⁰⁸ non est non pertinet 5. ²⁰⁹ potuit 1—3. 5—12. ²¹⁰ uxor non existit 5. 7. 9—12. ²¹¹ victa 5. ²¹² potestati seu et suis 2. 3. 5. 6. ²¹³ ubi nulla vis 5.

NOTÆ.

(45) Inter Nicolai epistolas n. 33. Bouq.

producere vel cæteras personas, quæ tam a sanctis canonibus quam a venerandis Romanorum legibus in hujuscemodi controversiis requiruntur. Verum hæc non ut fiant dicimus, quæ sine decreto et ordinatione nostra fieri non posse supra docuimus. »

Accensus itaque idem sanctissimus pontifex zelo Dei, quo fuerat Finees ²¹⁴ sacerdos quondam inflammatus, Waldradam ipso die purificationis sanctæ Dei genitricis Mariæ, in basilica excommunicavit, et ab omni Christianorum consortio separavit, destinavitque ²¹⁵ epistolam omnibus episcopis per Germaniam et Gallias constitutis causas et modum excommunicationis continentem (46). Cujus sensum quam verborum seriem causa brevitatis potius ²¹⁶ placuit ²¹⁷ ponere.

« Decreveramus quidem circa Waldradam, mœcham et pertinaciter in impœnitentia permanentem, vindictæ modum minus districte temperare, et juxta quod merebatur, non ita pro tanto scelere ²¹⁸ sententiam in eam justæ punitionis proferre, nisi obstinato animo in mœchiæ ²¹⁹ volutabro perenniter permanere proposuisset. Igitur, quia monita nostra et crebras exhortationes contempsit, quia culpam suam nec dum cognovit nec confessa est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exequendam suscepimus, veniam postulavit postremo cum recto itinere nos illi fuerat adendum, et beati Petri apostoli suffragia requirenda, retro est conversa post Sathanam, necnon et Thietbirgæ reginæ dolos struere, cœpta interitus meditatione, non cessat ²²⁰ : cum egregio apostolo dicimus, quod contra eam contraque ejus similes sæpius replicandum est, quia secundum duritiam suam et cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ. Idcirco nos eam de factis suis excommunicamus ²²¹, donec ecclesiæ Christi, nobisque præcipue, qui ejus principaliter curam gerimus, quique causam ipsius exsequi ac investigare cœpimus, satisfecerit, donec etiam sinistram omnem suspicionem consilium nostrum suscipiens adimat, a pretiosi ²²² corporis et sanguinis Domini perceptione, atque ab omnimodo consortio sanctæ ecclesiæ ²²³, sancti Spiritus beatorumque apostolorum Petri et Pauli judicio, et nostræ mediocritatis, fecimus prorsus ²²⁴ cum universis complicibus et communicatoribus fautoribusque suis prorsus extorrem. Hanc ²²⁵ sententiam 4. Non. Februarii a nobis promulgatam meminimus, eamque scripto vobis destinavimus, et ne labor noster inanis ²²⁶

A constituatur, spiritualia nobiscum ²²⁷ vestra fraternitas adversus jam dictam mœcham et communicatores ejus arma sustollat, et in parrochia sua excommunicatam hanc fautoresque suos viva voce ²²⁸ unusquisque denunciaret, donec nostro speciali judicio ²²⁹ dignæ se pœnitentiæ submittat. »

Direxit etiam Hlothario regi idem reverendissimus pontifex epistolam (47), hæc continentem : « Audito revertente ²³⁰ misso nostro correctionis tuæ, ut ita dicamus, initio, gratias Deo condignas egimus, et ut tibi quoque grates competibiles ²³¹ referremus, animum præparavimus. Sed, heu! adversa nuntia venientia ²³² hujus intentionis nostræ proposito celeriter obviarunt. ²³³ Quapropter compulsi sumus mutare vocem, et qui ad gratiarum actiones os aperire ²³⁴ disposueramus, in ²³⁵ luctus et increpationes adhuc ²³⁶ officium linguæ coacti dirigimus. Didicimus enim, te qui prolixo tempore in scelere permanens, Ecclesiæ Dei non modicum nocuisti, nocere adhuc, et qui in sordibus eras, sordescere adhuc. Siquidem, ut opinamur, tibi non sufficit solum adulterium perpetrasse, nisi apponas, ut etiam animas ²³⁷ hominum perjurii laqueis irretitas in extremum demergas interitum. Sed quid mirum, si paucorum animabus per perjurium exitium ²³⁸ acquisisti, quando in tanta sublimitate positus per exemplum tuæ mœchiæ ²³⁹ tot hominum milia in perditionis chaos præcipitaveris? Illud autem, quod Thietbirga, quasi Waldradæ testimonium dicens, eam fuisse tuam legitimam uxorem volens aut invita frustra conatur astruere, quandoquidem illius nullo prorsus ²⁴⁰ hinc testimonio quis indigeat, cum magis nos ita sentiamus quod justum est, et intelligamus quod æquum, ut etiam ²⁴¹ Thietbirga mortua, tu nullis legibus, nullis regulis unquam Waldradam in uxorem possis aut permittaris assumere. Utrum ergo Waldrada legitima tua fuerit aliquando conjunx, ecclesia Dei satisfactione Thietbirgæ non eget. Unum tamen scimus ²⁴², quoniam ²⁴³ nec nos nec eadem Ecclesia Dei, auctore Deo ²⁴⁴ qui adulteros judicabit, te, si ²⁴⁵ Waldradam quando-cumque resumpseris, etiam Thietbirga decedente, dimittet modis omnibus impunitum. » Et post pauca : « Itaque summo studio præfatam ²⁴⁶ Thietbirgam, conjugem tuam, tanquam propriam carnem fovere ac diligere procurato, et ne illam a te separare ullo pacto consentias, vigilanter attende; unde si vult a te discedere, corripere, immo corripere ²⁴⁷ eam, et a tali intentione per omnia revo-

VARIE LECTIONES.

²¹⁴ finees *deest* 5. ²¹⁵ destinavit 1. 2. 5. 6. et *destinavit* 3. ²¹⁶ sensum potius quam v. s. c. b. placuit ponere 7. 9—12. *cod. S. Godeh.* ²¹⁷ ponere placuit 9—12. ²¹⁸ pro scelere 2. 5. 12. ²¹⁹ in mœchio volutabro 1. 3. ²²⁰ necnon et a thietbirgæ reginæ cœpta interitus meditatione non cessat 1—3. ²²¹ excommunicavimus 5d. ²²² adimat ac pretiosi 1—3. 5. 6. ²²³ sanctæ ecclesiæ *deest* 7. 9—12. ²²⁴ et mediocritatis auctoritate extraneam fecimus prorsus 5c. e. ²²⁵ cum u. c. et c. f. suis Hanc 7—12. ²²⁶ laver 5a. d. labor inanis 5c. e. ²²⁷ spiritualis nobiscum 5. ²²⁸ suos una voce 3. 5. 7 9—12. ²²⁹ nostro judicio 7—12. ²³⁰ revertenti 5. ²³¹ competibiles *deest* 7. 9—12. ²³² venientia *deest* 5. ²³³ obviaverunt 3. ²³⁴ actiones eos aperire 5. ²³⁵ disposueramus et in 7. 9—12. ²³⁶ adhuc 5, adhuc *deest* 7. 9—12. ²³⁷ animabus perjurio 5. 9—12. ²³⁸ animas ad exitium 1—3. 6. ²³⁹ tuæ mœchiæ 5. ²⁴⁰ nullus prorsus 5. ²⁴¹ æquum est etiam 7. ²⁴² scimus *deest* 1. 2. scito 3. ²⁴³ quomodo 5d. ²⁴⁴ auctore deo *deest* 5d. ²⁴⁵ judicabit et si 5d. ²⁴⁶ præfatam *deest* 7—12. ²⁴⁷ corripere immo corripere 5.

NOTÆ.

(46) Inter Nicolai epistolas n. 27. BOUQUET.

(47) N. 34. epistolarum Nicolai. BOUQUET.

care satage. Jam vero si amore pudicitiae separationem quaerat et conjugalis connubii solutionem efflagitet ²⁴⁸, certum et apostolo dicente: « Quoniam mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; » verum si et ipse pudicitiam sectatus religionis obtentu copulam dissolvere vis, tantum ne simulate fiat, concedimus. Nam licet sit scriptum: *Quod ²⁴⁹ Deus conjunxit, homo non separet*; Deus tamen, et non homo separat, quando divini amoris intuitu, ex consensu utriusque conjugis matrimonia dissolvuntur. Si ergo hoc modo vis, gratuito permittimus animo, celeremque praebemus assensum; aliter autem fieri mutua vestram separationem prohibemus. Porro si sterilitas accusatur, cogites Saram nonagenariam. Annam quoque, simul et Helisabeth ²⁵⁰; quam tamen B sterilitatem fortasse non facit infœcunditas ²⁵¹, sed iniquitas. Ergo, gloriosissime rex, esto propria contentus uxore, et praeter illius, alterius ne quaeras consortium. Igitur consilium nostrum accipe, et monita nostra tanquam affectuosi patris amplectere, atque ab omni pravitate mentem, linguam, corpusque refrena, praecipue Waldradæ pellicis tuæ et dudum a te repudiatæ communionem declinans, et ejus consortium perpetuæ oblivioni ²⁵² tradens. Excommunicata est enim, et usque ad praesentiam nostram ab omni Christianorum contubernio sequestrata, sicut totus jam novit occidens, et jam jamque ²⁵³ per missos nostros minime cum plagis cæteris oriens ignorabit. Quamobrem cavendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro unius mulierculæ passione et brevissimi ²⁵⁴ temporis desiderio, vincetus et obligatus ad sulphureos fœtores et ad perhenne traharis exitium. « Et paucis interpositis epistolam sic concludit: ²⁵⁵ » Hæc autem nos tibi nunc scripsisse, et quasi inter nos et te nostra verba excessus tuos corripientia discurrisse sufficiat; cæterum præcave, ne quando nobis ²⁵⁶ secundum Domini præceptum ²⁵⁷ duos aut tres testes adhibeamus, immo vero ne hoc ecclesiæ sanctæ dicamus, et, quod non optamus, de cætero fias sicut ethnicus et publicanus. »

Ecce ex multis pauca notare curavimus, ut sic nescientibus ex parte fierent cognita, ut tamen scientibus non per omnia essent onerosa. Qualem ²⁵⁸ vero exitum hujus pestiferi mor. i perniciis attulerit apostolico renuens mederi antidoto, quantaque ²⁵⁹ regni dispendia ex hac mortifera contagione, sicut supradictus sanctissimus papa ²⁶⁰ Spi-

A ritu sancto afflatus prædixerat, illata sint, in subsequentibus ²⁶¹ suo in loco demonstrabitur ²⁶².

Circa (48) hæc tempora Hludowicus rex fratris sui ²⁶³ Caroli regnum cum exercitu ingressus est, gestiens occidentalia regna suo subjugare dominatui, fratrisque præripere ²⁶⁴ debitam portionem, quæ ei sorte ac funiculo hæreditatis competentem acciderat, oblitus germanitatis ac consanguinitatis fœdera, oblitus pacti, quod jam dudum mutua conventionem pepigerant ²⁶⁵, immemor etiam sacramentorum, quibus se cum magnis execrationibus coram Deo obligaverat. Præbuerant ²⁶⁶ ad hoc facinus peragendum talia ²⁶⁷ occasionum ²⁶⁸ incitamenta fomitem. Carolus, ut ²⁶⁹ præmisimus, quosdam ex nobilioribus regni aut publice adjudicatos gladio percussit, aut dolo deceptos ²⁷⁰ perdidit. Cæteri formidantes ne similia paterentur, Hludowicum regem trans Rhenum commorantem sollicitant, ejusque ²⁷¹ animum ad obtinendum fratris regnum illiciunt, promittentes semetipsos una cum regno ejus ditioni tradituros ²⁷². Hac persuasione, ut animi regum avidi et semper inexplebiles sunt, facile in spem introductus, cum valida manu, ut diximus, terminos regni intravit. Carolus, sentiens vires ²⁷³ regni a se defecisse, in ultimis finibus Aquitanie fugæ latibulum ²⁷⁴ quæsivit. Hludowicus, ut coeperat, regnum obtinuit, ac usque Senonis civitatem ²⁷⁵ pervenit. Dimisso vero exercitu in Germaniam ad propria redire, cum optimatibus regni cœpit negotia disponere; sed subito fortuna mutatur. Nam principes qui eum in regnum introduxerant, videntes quod ²⁷⁶ longe aliter inceperet erga eos ²⁷⁷, quam existimaverant, pœnitentia tacti ad Carolum revertuntur. Carolus ex desperatis rebus vires se recepisse congaudens, contractis undique copiis, fratrem bello aggreditur. Ille intuens, et a suis quos secum adduxerat, et ab his quos ibi acquisisse visus fuerat, se esse destitutum, maturius fugam arripuit, et cum debita confusione fines regni ²⁷⁸ excessit.

Hac tempestate Huchertus ²⁷⁹ abba, frater Thiethirgæ reginæ, contra Hlotharium regem rebellare exorsus est; collecta quippe prædonum valida manu, rapinas cœpit exercere, interfectisque aut fugatis Hlotharii fidelibus, qui finitima possidebant loca, agros villasque eorum suæ factionis sectatoribus distribuit. Ad hujusmodi temeritatem comprimendam Hlotharius rex semel, iterum atque tertio exercitum produxit, frequenter etiam cum ducibus armatorum

VARIAE LECTIOES.

²⁴⁸ efflagitat 1. flagitet 7. 9—12. ²⁴⁹ quos 5. ²⁵⁰ elizabeth 5c. elizabeth 5a. e. ²⁵¹ fœcunditas 5d. ²⁵² obligationi 2. 5a d. ²⁵³ et jam quoque 3. 3c. e. et jamque 2. 5a. d. ²⁵⁴ percelleris sententiæ passione et brevissimi 5d. ²⁵⁵ epistolam sic concludit *deest* 7—12. ²⁵⁶ ne cum nobis 5c. e. ²⁵⁷ secundum præceptum 5. ²⁵⁸ qualiter 7. 9—12. ²⁵⁹ quantoque 5d. ²⁶⁰ contagione fecit supradictus papa 5. ²⁶¹ Prædixerat quæ in subsequentibus 5. ²⁶² demonstrabimus 5. ²⁶³ rex fratris sui *deest* 7. ²⁶⁴ fratris præripere 7. 9—12. fratrisque 8. fratrisque etc. *usque* coram Deo obligaverat *deest* 4. ²⁶⁵ pepigerat 3. 8. ²⁶⁶ præbuerat 1—3. 5. 6. ²⁶⁷ talem 6. 5. ²⁶⁸ occasionem 3. 7. 9—12. ²⁶⁹ carolus qui et ut 5. ²⁷⁰ deceptus 7. ²⁷¹ ejusdem 5d. ²⁷² subdituros 7. ²⁷³ viros regni 1. 2. 5. 6. 7. 9—12. ?? ²⁷⁴ aquitanie lugie latibulum 5. aq. fugie. *corr.* eugie lat. 2. ²⁷⁵ usque retensem civitatem 5. ²⁷⁶ videntesque quod 5c. ²⁷⁷ erga eos incederet 7—12. ²⁷⁸ regni fines 7. 9—12. ²⁷⁹ hubertus 5. eubertus 7.

NOTÆ.

(48) Anno 858 et 859. Cf. Ann. Fuld. et Bertin.

multitudinem direxit; sed minima hanc præsumptionem extinguere potuit, quia loca inaccessibleia inter ²⁸⁰ Jurum ²⁸¹ et Alpes Penninas ²⁸² seditiosis munitissimum præbebant receptaculum, et regi exercituique ejus, propter concava vallium et prærupta montium, artissima ²⁸³ itinera et difficilem ²⁸⁴ ingressum ²⁸⁵. Attamen idem acephala (49) Huchbertus novissime a Conrado ²⁸⁶ comite peremptus est juxta castrum, quod Urba (50) dicitur.

Anno Dominicæ incarnationis 866 ²⁸⁷ (51). Herispoius ²⁸⁸, rex Brittonum, a suis interficitur, et Salomon dux in loco ejus subrogatur. Erat enim isdem vir ²⁸⁹ strenuus et bellicosus, et tam forma quam animo ad regni gubernacula coaptatus (52). Carolus tertio super Brittones cum exercitu irruere disponit, sed cum ad terminos gentis appropinquasset, audito quod ad resistendum totis viribus parati essent, subito mutata voluntate, magis elegit pacem suscipere quam bellum inferre; facta itaque pactione cum Salomone, quam dudum cum Herispoio fecerat, discessit ²⁹⁰.

DCCCLXVII.

Anno Dominicæ incarnationis 867 Nordmanni (53) oram ²⁹¹ Legeris fluminis occupantes, Namnetensem ²⁹², Andegavensem, Pictavensem atque Turonicam provinciam iterato crudeliter depopulari cœperunt; contra quos Ruotbertus ²⁹³ qui marcham ²⁹⁴ tenebat, et Ramnulfus ²⁹⁵ dux Aquitanie, collecta multitudine aciem dirigunt. Illi sentientes se ab exercitu ²⁹⁶ insequi, cum summa acceleratione ad classem repedare contendunt; sed cum appropinquare insequentium multitudinem cerne-
rent, cognoscentes se effugere non posse, quandam villam ingrediuntur, ubi se, quantum hora permisit, communiunt. Erat autem in eadem villa basilica pergrandis ex lapide constructa, in qua maxima pars Nordmannorum introivit cum duce eorum nomine Hastingo. Ruotbertus et Ramnulfus cum sociis super eos irruunt ²⁹⁷, quoscunque extra basilicam reppererunt ²⁹⁸, absque mora trucidant. Ad ecclesiam [v. 7-12] pervenientes, cum vidissent locum munitum, et animadvertissent non

A modicam turbam paganorum intrinsicè latitantem, parumper deliberantes, castra in circuitu statuunt, tentoria figunt, ut in crastinum, extractis aggeribus applicatisque machinis, hostes totis viribus expugnarent; declinabat quippe jam sol ad occasum. Ruotbertus [quoque 7, 9-12] nimio calore exæstuans, galeam et loriam deposuit, ut aura collecta paulisper refrigeraretur ²⁹⁹, cumque unusquisque in positione castrorum intenderet, repente Nordmanni a munitione exiliunt, et cum ingenti clamore super Ruotbertum ac socios ³⁰⁰ impetum faciunt. ³⁰⁰ Sed quamvis repentini et subitanei casus etiam fortissimos viros in bello conturbare soleant, tamen arma quam citius ³⁰¹ corripunt, hostes viriliter excipiunt, et cedentes in basilicam redire compellunt. Ruotbertus absque galea et lorica accurrens, cum incautius dimicaret, et inimicos ultro ³⁰² insequeretur, interfectus est in introitu ipsius ecclesiæ; ejus corpus jam exanime Normanni, intrinsicè trahunt. Porro Ramnulfus, cum eminus stans eventum rei specularetur, a quodam Nordmanno per fenestram basilicæ sagittæ ietu graviter vulneratus est, et a suis ex certamine eductus ³⁰³, vix triduo supervixit. Tali infelici infortunio pugna commissa est et ³⁰⁴ finita; exercitus amisso capite errore ³⁰⁵ pariter ac mœrore repletus, solvit eadem hora obsidionem, et ad propria revertitur; Nordmanni ovantes ad classem dirigunt gressum ³⁰⁷.

(54) Non multo ³⁰⁸ post interjecto tempore Hugo ³⁰⁹ abba in locum Ruotberti substitutus est, vir strenuus, humilis, justus, pacificus, et omni morum honestate fundatus; si quidem Odo ³¹⁰ et Ruotbertus, filii Ruotberti, adhuc parvuli erant, quando pater extinctus est, et idcirco non est illis ducatus commissus.

Per idem ³¹¹ tempus gens Sarracenorum in Benevento ³¹² ex Africa veniens, universam pene regionem illam invaserunt, cædibus, rapinis ac incendiis omnia depopulantes. Contra (55) quos Ludovicus imperator exercitum contrahit, et veritus ne forte adversus innumerabilem hostium multitudi-

VARIE LECTIONES.

²⁸⁰ inaccessibleia erant inter 5. ²⁸¹ juram 1. 2. 5. ²⁸² alpes appenninas 5. ²⁸³ præbebant etc. usque artissima deest 1 — 3. 5. ²⁸⁴ itinera difficilem 1. 2. 3. ²⁸⁵ loca quæ inaccessibleia inter jurum et alpes appenninas seditiosis sunt munitissima præbent intrantibus difficilem ingressum 3. seditiosis sunt munitissima, præbent tamen itinerantibus difficilem ingressum. Attamen *Cod. S. Godeh.* ingressum præstantia 5. ²⁸⁶ chonrado 3. chonrado 7. chunrado 9 — 12. ²⁸⁷ a. d. i, 867. *codd.* 3. 8. 9 — 12; qui et quemque deinceps numerum uno augent. ²⁸⁸ herisposius . . herisposios 5. hierispoius 7. ²⁸⁹ enim iste vir 1. 3. 5. 6. 9 — 12. ²⁹⁰ abcessit 4. decessit 5 d. ²⁹¹ ora 7. 9 — 12. ²⁹² occupantes nam Mettensem 5. ²⁹³ rothbertus 7. rodbertus 8. robertus 4. rutbartus 11. 12. rothbertus 10. rubertus 5 c. e. ²⁹⁴ marcham 2. 3. 4. marchiam 5. ²⁹⁵ rannulfus 1. 3. 4. ranulfus 5. 6. 7 ramolfus et ramnulfus 2. ramnolfus 8. arnulfus 7. ²⁹⁶ se exercitus 5. ²⁹⁷ super irruunt 1. 2. 5. ²⁹⁸ reppererunt 1. 3. reperiere 2. 5. reperiunt 4. ²⁹⁹ refrigeretur 5. ³⁰⁰ ad socios 5 c. sociosque ejus 7 — 12. ³⁰¹ impetum fecerunt 3 5. 6. ³⁰² quanto citius 6. ³⁰³ ultra 3. 5. ³⁰⁴ educto 5 d. ³⁰⁵ commissa et 5. ³⁰⁶ capite mœrore 4. ³⁰⁷ gressum deest 5 d. ³⁰⁸ multum 1. ³⁰⁹ hug. 3. ³¹⁰ oudo 9. 11. udo 5. 6. 7. 10. ³¹¹ id 5. ³¹² beneventum 4. 5 c. e. 8.

NOTÆ.

(49) *Acephala* qui caput suum, regem videlicet D aut regulam monasticam, non agnoscit; rebellis aut clericus conjugatus.

(50) Orbe, a septentrione Lausannæ.

(51) A. n. 857. Cf. Ann. Bert.

(52) An. 863. Cf. Ann. Bert.

(53) Cf. Ann. Bert. an. 866. et Fuld, an. 867.

(54) [An. 866.] cf. Ann. Bertin.

(55) Ann. 866. Cf. Erchempertii Aist., c. 32. et Ann. Bert. an. 866.

nem vires regni non sufficerent, ad Hlotharium ³¹³ A fratrem in Gallias legatos mittit, omnino exposcens, ut ad præfatæ nequissimæ gentis vires extenuandas audaciamque refrenandam sibi cum Dei auxilio, virtute quoque Francorum, opitularetur. Qui nihil cunctatus, exercitum cum ingenti industria undequaque contrahit, fratrique quanta potuit celeritate in adiutorium venit. Ubi plurima bella gesta sunt, non solum fortiter, sed etiam feliciter, Deo opem ferente, inter hæc exercitus Hlotharii gravi peste fatigatur; ex (56) insueto quippe calore et intemperie aeris dissolutus, dysenteriae vel lienteriae ³¹⁴ morbo corripitur, ex qua plaga innumerable multitudo extincta est; plurimi etiam araneorum ³¹⁵ morsibus perierunt, ut jam tunc daretur intelligi, quod propter duritiam [cordis 8 — 12] et cor impoenitens Deus non solum Hlothario, verum etiam omni regno ejus adversaretur. Revertitur itaque in Franciam non sine gravi, ut dictum est, dispendio suorum.

DCCCLXVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 868 Nicolaus, sanctissimus et beatissimus papa, post multos pro Christo labores et post multa ³¹⁶ pro sanctæ ecclesiæ inviolabili statu certamina, migravit (57) ad cœlestia regna, recepturus pro administrata fideliter sibi credita dispensatione a largissimo Domino immarcescibilem gloriæ coronam: de cujus Deo placitis actibus plura poterant dici relatu digna, nisi brevitati studentes, causas rerum magis summatim notare quam explanare ³¹⁷ proposuissemus. Denique post beatum Gregorium usque in præsens nullus præsul in Romana urbe pontificali honore sublimatus illi videtur æquiparandus. Regibus ac tyrannis imperavit, eisque ac si dominus orbis terrarum auctoritate præfuit; episcopis et sacerdotibus religiosis ac Domini mandata observantibus humilis, blandus, pius ³¹⁸, mansuetus apparuit, irreligiosis et a recto tramite exorbitantibus terribilis atque austeritate plenus extitit, ut merito credatur alter Helias, Deo suscitante, nostris in temporibus exsurrexisse ³¹⁹, et si non corpore, tamen spiritu et virtute ³²⁰.

Huic sanctissimæ memoriæ viro Adrianus in pontificatu successit. Quod cum Hlotharius rex certa relatione ³²¹ comperisset, ei talia scripta direxit: « infausta relatio et inambigua ³²² hactenus manens, ut ita dicamus, acriter nostræ serenitatis transverberavit aures, intimando quod beatæ re-

cordationis dominus Nicolaus ab hac lachrymarum valle vocante Christo decesserit, cum sanctis ut credimus inæstimabiliter coronandus. Nec differt, ut omnis christiana religio de tanto pontifice doleat, et ³²³ omnis ordo ecclesiasticus ³²⁴ de prudentissimo papa ingemiscat; revera nos potius deflemus, qui causas nostræ calumniæ et fraudulentæ æmulatorum nostrorum querimonias tam benigno patri æquitatis ac justitiæ lance ponderandas ac determinandas ³²⁵ ad tempus et in parte commisimus; sed, quod lugubriter ³²⁶ replicamus, plus apud sanctitatem illius valere nostrorum ³²⁷ inimicorum insidiæ et simulatæ deceptiones, quam nostra simplex et pura defensio. Nos enim litteris et verbis indesinenter proclamantes et diversis legationibus eadem repetentes, humiliter postulavimus, ut nos et accusatores nostri juxta divinas et humanas leges sui pontificii ³²⁸ audientiam mereremur, ut ratio docet, nostram præsentiam exhibendo: sed semper repulsi sumus. » Et ³²⁹ post pauca: « Sed quia Deus omnipotens, princeps pastorum, in illa sancta sede vestri pontificatus apicem sublimavit, si tempus arriserit ³³⁰, vestrum multipliciter desideramus conspectum, et vestris ³³¹ Deo dignis animari colloquiis, ac melliflua benedictione potiri ³³². » Et in fine ipsius epistolæ: « Interea modis omnibus obsecramus, ut de vestra optabili prosperitate litteris vestris celsitudinem nostram certam reddentes, caræ filiationis munus nobis impartiri ³³³⁻³³⁴ dignemini. »

Ad hæc supradictus papa rescripsit, sedem sancti Petri semper paratam esse dignam satisfactionem suscipere ³³⁵, nec quod divinæ humanæque leges juste decernunt, unquam repulisse; itaque si se immunem ab objectis sciret, cum omni fiducia sedem apostolicam oporteret adire, ut expetitam benedictionem perciperet; si autem culpam recognosceret, nihilominus absque hæsitatione venire festinaret, condigna pœnitentiæ remedia suscepturus.

His temporibus (58) gens Vulgarum ³³⁶ ferocissima ac bellicosa, relictis idolis abrenuntiatisque gentilium superstitionibus, in Christum ex permaxima ³³⁷ parte credidit, et abluta salutari baptismatis unda, in religionem christianam transiit. Directi sunt autem a sede apostolica in eandem gentem sacerdotes ac viri religiosi (59), qui populum adhuc rudem divinis informarent præceptis, et incultam barbariem sacris dogmatibus excolentes, Christo gratum habi-

VARIAE LECTIONES.

³¹³ hlotharium *deest* 3. ³¹⁴ clienteriæ 1 — 3. 5. 7 — 12. elienteriæ 4. ³¹⁵ araniarum *corr.* a ranarum 1. a ranarum 3. ³¹⁶ et post multa 1. 3. et post *deest* 2. 4. 5d. ³¹⁷ explicare 4. ³¹⁸ p. ac m. 7 — 12. ³¹⁹ resurrexisse 5. exresurrexisse 2. ³²⁰ ut merito usque virtute *deest* 4. ³²¹ certa relatione *deest* 7 — 12. *Epistolæ hujus non nisi argumentum refertur in* 4. ³²² in ambiguo 1 — 3. ³²³ ut 11. 12. ³²⁴ *deest* 1 — 3. ³²⁵ terminandas 5. ³²⁶ lugubris 5. ³²⁷ *deest* 5. ³²⁸ pontificatus 5c. d. pontifici 5c. ³²⁹ *deest* 5e. e. ³³⁰ tempus admiserit 3. ³³¹ et nostris deo 3. ³³² potiri in fine 1. 3. 6. ³³³⁻³³⁴ impertire 2. ³³⁵ percipere 7. 9 — 12. recipere 8. ³³⁶ vulgarorum *cod. S. Godeh.* ulgorum 7. vulgorum 9 — 12. bulgarum 1. 5. bulgarorum 5d. ³³⁷ ex pro maxima 9. ex maxima 2. 10. christum pro maxima 1 — 3. 6. in pro maxima 7. et pro m. 5.

NOTE.

(56) A λύω et ἔντερα, idem quod dysenteria.

(57) Cf. Ann. Bertin. an. 867.

(58) Cf. Ann. Fuld. an. 866, 867; Ann. Bert. an.

866.

(59) Mense Augusto, indictione 14; id est an. 866 Cf. Nicolai I Vitam, cap. 68.

taculum præpararent. Ut ejus vere sanctæ devo-
 tionis opus prosperum obtineret effectum, Hludo-
 wicus, christianissimus rex, qui Germanis impe-
 rabat non mediocre præbuit supplementum ³³⁸.
 Ferunt autem de hujus gentis rege, quod a tanta
³³⁹ perfectione post perceptam baptissimi gratiam
 cœperit, ut diebus ornamentis regiis indutus co-
 ram populo procederet, noctibus vero sacco ve-
 stitus ³⁴⁰ latenter ecclesiam intrans, super pavi-
 mentum ipsius basilicæ, subtrato tantum sibi ci-
 licio, prostratus in oratione jaceret. Non post mul-
 tum tempus divina inspiratione commotus ³⁴¹ re-
 gnum terrenum dimisit, ut in cœlis æternaliter
 regnaret cum Christo; et ordinato in suo loco in
³⁴² regem ³⁴³ filio suo majore ³⁴⁴ natu, comam ca-
 pitis deposuit, habituque sanctæ conversationis
 suscepto, monachus (60) effectus est, eleemosynis,
 vigiliis et orationibus die noctuque intentus. Inte-
 rea filius ejus quem regem constituerat, longe a
 paterna intentione et operatione recedens, prædas
 cœpit exercere, ebrietatibus, commensationibus et
 libidinibus vacare, et omni conamine ad gentilita-
 tis ritum populum noviter baptizatum revocare;
 quod cum pater audisset, nimio zelo accensus, sa-
 crum habitum deposuit, et militiæ cingulum re-
 sumpsit, et cultu regio indutus, ad sociatis sibi
 Deum timentibus, filium persecutus est: quem
 mox absque difficultate cepit, oculosque ejus effo-
 dit ³⁴⁵, et in carcerem misit; deinde convocato
 omni regno suo, filium juniorem regem constituit,
 interminatus coram omnibus similia fore passu-
 rum, si in aliquo a recta christianitate deviare-
 t. His ita patris, deposito cingulo et resumpto san-
 ctæ religionis habitu, monasterium ingressus ³⁴⁶,
 in sancta conversatione reliquum vitæ præsentis
³⁴⁷ tempus duxit ³⁴⁸.

DCCCLXIX.

Anno Dominicæ incarnationis 869 Hlotharius Ro-
 mam ³⁴⁹ profectus est, quo cum pervenisset, ab
 Adriano pontifice honorifice susceptus est. Qui ab
 eodem præsule sciscitatus, monita pii patris domni
 Nicolai cum omni vigilantia hactenus observata ³⁵⁰
 haberet et præstitum jusjurandum inviolato fœ-
 dere custoditum ³⁵¹, ab illo deceptus qui in veri-
 tate non stetit, qui non solum mendax est, sed
 etiam pater omnis mendacii, respondit se ita om-
 nia observasse, ac si divinitus sibi essent imperata.
 Cumque proceres et optimates qui cum eo vene-

rant, eadem testificarentur, nec ulla opposita per-
 sona inveniretur, quæ adversus regiam auctori-
 tatem legitimum auderet controversiæ inire certa-
 men, universalis papa talia prosequitur: « Si ve-
 stræ testificationis verbis veritas suffragatur, cum
 omni alacritate mentis omnipotenti Deo multipli-
 ces gratiarum actiones referimus. Restat ergo, fili
 karissime, ut ad confessionem sancti Petri accedas,
 ubi Deo propitio salutarem hostiam pro tua non
 tantum ³⁵² corporis quam animæ incolumitate im-
 molabimus, ex qua te nobiscum participare oportet,
 ut per hanc participationem membris Christi,
 unde abscisus videbaris ³⁵³, merearis incorporari. »
 Finita igitur missarum sollempnia ³⁵⁴, invitat
 summus pontifex eundem regem ad mensam
 Christi; acceptoque in manibus corpore et san-
 guine Domini, ita eum alloquitur: « Si innoxium
 te recognoscis a prohibito atque interdicto tibi a
 domno ³⁵⁵ Nicolao adulterii scelere, et hoc fixa
 mente statutum habes, ut nunquam diebus vitæ
 tuæ Waldradæ, pellicis tuæ, dudum a te repudia-
 tæ, miscearis nefario concubitu, fiducialiter accede,
 et sacramentum salutis æternæ tibi ad remissio-
 nem peccatorum profuturum percipe: si autem tua
 conscientia te accusat et letali ³⁵⁶ vulnere saucia-
 tum proclamat, aut iterum redire mente disponis
 in mœchiæ volutabro ³⁵⁷, nequaquam sumere præ-
 sumas, ne forte ad iudicium et condemnationem
 tibi eveniat ³⁵⁸, quod fidelibus ad remedium præ-
 paravit divina providentia. » Qui mente captus, ob-
 duratus pariter et obcæcatus, absque retractatione
 communionem corporis et sanguinis Domini ³⁵⁹ de
 manu pontificis sumpsit, non expavescens illam
 sententiam quæ dicit: *Horribile est incidere in
 manus Dei viventis. Qui enim manducat et bibit
 indigne, iudicium sibi manducat et bibit.* Deinde
 conversus idem præsul ³⁶⁰ ad sequaces ac fautores
 regis, unicuique communionem obtulit in hæc
 verba: « Si domino ac regi tuo Hlothario in obje-
 cto adulterii crimine favorem ³⁶¹ non præstitisti,
 neque consensum præbuisti, et Waldradæ et aliis
 ab hac sede apostolica excommunicatis non com-
 municasti, corpus et sanguis Domini nostri Jesu
 Christi prosit, tibi in vitam æternam! » Igitur
 quisquis in his læsum sciens ausu temerario
 communionem sub tali contestatione porrectam
 sumere præsumpsit, divino iudicio percussus, ab
 hac luce subtractus est, antequam subsequentis

VARIE LECTIONES.

³³⁸ sublevamen *cod. S. Godeh.* ³³⁹ quod in tanta 3. *cod. S. Godeh.* tanta 5 c. e. 7. ³⁴⁰ cepit quod
 diebus sacro vestitus 5a. e. sacro vestitu 5c. d. sacco indutus *cod. S. Godeh.* ³⁴¹ commotus 5. ³⁴² deest
 5. in suum locum *cod. S. Godeh.* 3. 7. 9. — 12. ³⁴³ rege 6. ³⁴⁴ ordinato... regem filium suum
 majorem 1. 5. rege filio suo qui erat major 3. *cod. S. Godeh.* ³⁴⁵ cepit oculisque erutis in 7. 9. — 12.
³⁴⁶ in monasterium i. 1 — 3. 8. ad m. regressus 4. ³⁴⁷ præsentis *deest* 2. ³⁴⁸ deduxit 7. ³⁴⁹ hloth.
 rex roman 7. ³⁵⁰ diligentia hactenus conservata 7 — 12. ³⁵¹ custoditum quod ab 1. 2. 5. qui
 ab 3. 6. 7. 9 — 12. ³⁵² non tam corporis 3. 4. 5c. e. ³⁵³ a. esse videbaris 5. abscisus 5c. d. e. 6.
³⁵⁴ finitis i. m. sollempniis 4. 7 — 12. finitis i. m. solennibus 5c. d. finito i. m. officio 3. ³⁵⁵ *deest* 5.
³⁵⁶ te accusat te letali 5c. d. ³⁵⁷ volutabrum 4. 5c. d. 7 — 12. ³⁵⁸ tibi adveniat 2. 3. 4. 5. 6. 11. ³⁵⁹ *deest*
 7. 9 — 12. ³⁶⁰ *deest* 1. 2. 5. ³⁶¹ isdem præsul 1. ³⁶² fautorem 2 5.

NOTÆ.

(60) Nondum erat monachus anno sequenti; nam legatus ejus synodo Constantinopolitane interfuit
 anno 869. BOUQUET.

anni rediret principium; perpauca qui se a communione substraxerunt, vix mortis periculum evaserunt ³⁶³

Porro Hlotharius Roma egressus, morbo corripitur, et Placentia civitate ³⁶⁴ perveniens, diem clausit extremum 6 Idus August. Tanta autem strages in præfati regis populo facta est, ut non peste peris, sed hostili gladio corruisse virtus ac nobilitas totius regni videretur, quæ eo tempore tantæ fecunditatis erat, ut in modum densarum segetum pullulans, veluti quodam examine ³⁶⁵ imperii fines ³⁶⁶ repleverit.

Carolus ³⁶⁷, certa relatione comperiens Hlotharium regem obisse, mox regnum illius occupare ³⁶⁸ nititur, Mettisque ³⁶⁹ perveniens, ab Adventio, præfate urbis episcopo, et nonnullis ³⁷⁰ aliis primoribus favorabiliter exceptus, in regnum sublimatur ³⁷¹, indeque digrediens, Aquisgrani palatium ingressus est, eo quod sedes regni ³⁷² esse videretur. Ubi multo plures ad eum confluerunt ³⁷³.

Carebat autem ea tempestate urbs Trevirorum et Colonia Agrippinensis pontificibus; siquidem, ut præmisimus, amborum præsules in Italia ad hac luce subtracti sunt. Inito autem rex cum optimatibus consilio, Bertulfum, nepotem ³⁷⁴ supradicti Adventii episcopi, ecclesiæ Trevirorum præfecit. Actum ³⁷⁵ est autem, ut iste vir episcopalem obtineret dignitatem, interventu et opo prædicti Adventii, qui eo tempore ³⁷⁶ plurimum apud regem poterat ³⁷⁷, eo quod illi assentando in adipiscendis regni negotiis ambitiosius faveret.

Porro Coloniae Agrippinæ rex Hilduinum ³⁷⁸ abbatem præponere ³⁷⁹ tentavit in pontificali cathedra, fecitque a Francone ³⁸⁰, episcopo Tungrensis ³⁸¹ dioceseos, in Aquis palatio presbyterum ordinari ad titulum sancti Petri prædictæ metropolis.

Dum hæc in regno Hlotharii aguntur, Hludowicus rex infirmitate detentus, in Bajoariorum finibus lecto decumbebat. Audiens itaque a fratre sæpeditotum regnum taliter invasum, ægre tulit, et cum omni festinatione legatos direxit, qui eum obnixè rogarent, ut ab hac temeraria invasione cessaret, nec solus ³⁸² indebita præsumptione usurparet, quod utrisque hæreditario jure æqualiter compete-
Dtabat; regno ³⁸³ decederet ³⁸⁴, quousque Deo pristi-

nam sospitatem ³⁸⁵ reddente, venire posset, ut pariter colloquerentur, et de ejusdem regni statu ³⁸⁶ quod justitiæ et æquitatis jura dictabant, pari voluntate decernerent. His cum tali mandato præmissis, interim Liudbertum ³⁸⁷, archiepiscopum Magontiacæ ³⁸⁸ urbis, occulte Coloniam dirigit hortaturque, ut omni arte satageret ordinationem Hilduini prævenire, et ex ipsius civitatis clero episcopum consecrare studeret ³⁸⁹ per electionem civium. Qui, assumptis secum aliis episcopis, recto itinere Diuza ³⁹⁰ castrum pervenit, et formidans ne forte insidiæ sibi a Caroli fautoribus molirentur ³⁹¹, nequaquam Rhenum transiit, sed destinatis missis, mandavit ut honestiores ex clero et nobiliores ex populo sibi ad idem castrum occurrerent. Illis jussa complentibus, episcopus ex parte regis eos alloquitur, ut sibi consulerent, et quam citius ex proprio grege ³⁹² præsulem eligerent; se ad hoc destinatum esse, ut quemcumque communi consilio præficiendum decernerent, statim consecraret. Ad hæc illi respondent, Hilduino episcopatum ³⁹³ esse datum, jamque presbyterum ad ipsam sedem ordinatum, omnesque pene manibus datis ejus dominationem susceptam haberent, nulla ratio permitteret ³⁹⁴ ut alium eligerent. Quibus ille econtra: *Si electionem vobis ³⁹⁵ a rege concessam despicitis, in arbitrio et potestate regis est, quem vobis velit dare episcopum ³⁹⁶; tamen pro certo scitote, quod ante triduum alium quam Hilduinum habebitis ³⁹⁷ episcopum.* His auditis unaminiter elegerunt Willibertum, venerabilem virum, quem nimium renuentem ac refugientem ordinavit (81), prædictus ³⁹⁸ antistes, cum aliis consacerdotibus, et cum omni clero et populo Rheni fluentia transfretavit, et eum honorifice in sede ³⁹⁹ pontificali imposuit, omnibusque rite peractis, sub ⁴⁰⁰ omni ⁴⁰¹ celeritate recessit. Carolus comperta ordinatione nimio furore accenditur, ac mox Coloniam proficiscitur; quippe dum hæc agerentur a missis Hludowici, Hilduinus apud Aquis ⁴⁰² palatium in regio ⁴⁰³ obsequio morabatur. Willibertus episcopus et omnes qui in ejus ordinatione ⁴⁰⁴ consenserant, Rhenum transeuntes sævitiam regis declinaverunt. Rex cum neminem reperisset, in quem suas injurias ultum ire posset ⁴⁰⁵, via qua venerat regressus est. Interea iterum legati a Hludowico mittuntur, orantes ut a regno discederet; sed cum

VARIÆ LECTIONES.

³⁶³ evasere 7. 9-12. ³⁶⁴ placentiam civitatem 2. 3. 5 — 12. ³⁶⁵ quoddam examen 4. 5. ³⁶⁶ fines imperii 7. — 12. impleverit 1 — 3. 5. 6. ³⁶⁷ Carolus hic et aliis in locis Calvus audit 4. ³⁶⁸ mox i. o. ditionem n. 5. ³⁶⁹ mitasque 1 — 3. 6. 8. ³⁷⁰ nonnullis deest 4. 7 — 12. ³⁷¹ sublimatus 5. ³⁷² sedes regis 5. ³⁷³ confluerent 5. ³⁷⁴ bertulfum s. a. propinquum 3. ³⁷⁵ Actum usque faveret deest 4. Dictum 1. 2. 5. ³⁷⁶ quia eo tempore 3. 4. ³⁷⁷ plurimum apud eum valuit 7 — 12. ³⁷⁸ hilduinum 7. ³⁷⁹ abbatem præferre 7 — 12. a. præficere ³⁸⁰ francione 2. ³⁸¹ tungrensi episcopo in 7 — 12. ³⁸² nec solus usque decederet deest 4. ³⁸³ sed regno d. 3. ³⁸⁴ discederet 7 — 12. ³⁸⁵ (pristinam) sanitatem 7 — 12. ³⁸⁶ statu regni 7. 9 — 12. ³⁸⁷ liudbertum 3. 5. luitpertum 10. luipertum 7. luthbertum 9. 11. 12. ³⁸⁸ mogontianæ 9 — 12. moguntia 1. 3? 5. magontia 2. ³⁸⁹ studeret deest 7. 9 — 12. (4. 8.) ³⁹⁰ diuzam 3. 6 — 12. diuza 1. 2. diuza 5a — d. ³⁹¹ fautoribus struerentur 5c. e. ³⁹² grege sibi 7. 9 — 12. hilduinum episcopum 5. ³⁹³ ratione permitterent 5. ³⁹⁴ nobis... nobis 5. ³⁹⁵ tamen... episcopum non nisi in 4. 6. 8. ³⁹⁶ habetis 6. ³⁹⁷ prædictus deest 7. ³⁹⁸ eumque honorifice sedi 7. 9 — 12. ³⁹⁹ deest 7. 9 — 12. ⁴⁰⁰ peractis ad sua omni 5c. ⁴⁰¹ aquas 1. 3. 4. 5c. ⁴⁰² in regis 7 — 12. ⁴⁰³ ordinationem 5. ⁴⁰⁴ ulcisci posset 4. 5.

NOTÆ.

(81) Anno 870, xvii Kal. Febr. Cf. Ann. Colon.

minime acquiesceret, novissime Liudbertum archiepiscopum et Alfridum ⁴⁰⁶ episcopum (62) de Saxonia ⁴⁰⁷, prudentissimum virum, Hludowicus legatos dirigit, mandans ut unum e duobus eligeret, aut cito a regno recederet ⁴⁰⁸, aut sibi cum fratre pugnandum foret. Qui eum tanta ingenii arte tantaque constantia aggrediuntur, ut absque dilatione recederet, et in proprio regno se reciperet. Post hæc supradicti reges conventum celebrare disponunt, in loco qui dicitur Marsana (63), juxta Mosam.

DCCCLXX.

Anno Dominicæ incarnationis 870 ⁴⁰⁹ Hludowicus et Carolus una cum optimatibus et proceribus suis ad Marsanam venientes, regnum quondam Hlotharii æquis partibus inter se ⁴¹⁰ dividerunt. Qualiter ⁴¹¹ autem hæc divisio ⁴¹² facta sit, quia omnibus pene notum est ⁴¹³, supervacuum diximus adnotare.

Carolus, conventu absoluto, ad Heristellium ⁴¹⁴ perrexit, quia ei idem ⁴¹⁵ palatium in parte acciderat; Hludowicus vero ad Aquis ⁴¹⁶ palatium rediit, ubi duobus fere mensibus lecto decubuit, adversa valetudine præventus.

Denique cum a partibus orientis veniens Ribuariorum terminos intrasset, in quandam regiam villam, nomine Flameresheim ⁴¹⁷ (64), ad hospitium divertit, cumque solarium domus conscendisset stipatus obsequentium multitudine, repente ipsum solarium, quod nimia vetustate erat ⁴¹⁸ putredine resolutum, trabibus fractis corruit, et inter ruinas ejus rex graviter attritus est, ita ut duæ costæ ejus a sua compage ⁴¹⁹ disjungerentur. Et cum omnes accurrissent, eumque perisse arbitrantur, ipse a loco in quo ceciderat surgens, suis se representavit, asserens se nihil mali passum, et ultra quam credi potest dissimulato ⁴²⁰ languore, sequenti die contra fratrem ad Marsana ⁴²¹ proficiscitur. Tanta hujus principis duritia, tanta animositas fuit, ut cum etiam fragor fractarum costarum adinvicem collidentium a nonnullis audiretur, nemo tamen propterea audierit ⁴²² eum suspirium trahentem vel gemitum emittentem.

Per idem tempus ⁴²³: (65) Carolus Carolomanum, filium suum, oculis privavit. Siquidem prædictus rex ex Hirmindrude ⁴²⁴ regina tres filios suscepserat, Carolum scilicet, Carolomanum et Hludowicum; sed duo ex his infeliciter perierunt; nempe Carolus levitate juvenili ductus, temptare ⁴²⁵ volens Albuini, fratris ⁴²⁶ Bivini ⁴²⁷ et Bettonis audaciam ac sæpe laudatam constantiam, alium se esse simulans, cum ex venatione vespertinis horis idem Albuinus quadam die reverteretur, super eum solus impetum fecit, veluti equum in quo sedebat ⁴²⁸ violenter ablaturus. Ille nihil minus existimans quam filium regis, evaginato gladio ex adverso eum in capite percussit, moxque terræ prostravit, deinde multis vulneribus confossum semivivum reliquit, arma pariter et caballum secum ⁴²⁹ auferens; debilitatis ⁴³⁰ ergo membris, ac vultu deformatus, pauco tempore supervixit. Albuinus, cognito quod filius regis ⁴³¹ asset, in quem talia exercuerat, celeriter aufugit mortisque ⁴³² periculum declinavit ⁴³³.

Porro Carolomanus cum adhuc esset puerulus, jussu patris attonsus, clericus effectus est, dehinc ⁴³⁴ procedente tempore ad diaconatus officium, quamvis invitatus atque coactus, in præsentia genitoris ordinatus est, legitque publice evangelium, et pontifici missam celebranti juxta morem ministravit. Post hæc per apostasiam recedens ab ecclesiastica religione, abiciens ac spernens ⁴³⁵ negliger gratiam quæ ei data erat per impositionem manus, alter Julianus efficitur. Collecta quippe prædonum non modicatur turba, ecclesias Dei cepit devastare, ea qua pacis sunt impugnare, cuncta diripere, et inaudita mala perpetrare; pro quibus cum crebro a patre correptus fuisset, nec tamen ullatenus a cœpta pravitate ⁴³⁶ cessaret, novissime ex præcepto patris ei oculi eruuntur ⁴³⁷, ut supra meminimus; justo Dei judicio lucem exteriorem amittens, qui interiorem, quæ Christus est, a suo pectore effugaverat, in tenebras exteriores missus, qui interioribus sua sponte se tradiderat ⁴³⁸. Orbatus ⁴³⁹ itaque Hludowicum avunculum [patrum 4, 7-12] suum adiit, miseriarum ⁴⁴⁰

VARLÆ LECTIONES.

⁴⁰⁶ adalfridum 7. ⁴⁰⁷ de saxoniam hildem hemensem cod. S. Godeh. ⁴⁰⁸ discederet aut 7 — 12. ita et codex Frising. cf. Aretin Beitrage z. Gesch. u. Lit. Bd. 7. p. 240. ⁴⁰⁹ anni numerus 871 in cod. S. Godehardi; qua ratione et numeri 871, 872, 874, 876, 877, 878, 880, 889. aucti. ⁴¹⁰ inter se partibus. 7. 9 — 12. (8). ⁴¹¹ qualiter usque adnotare deest 4. ⁴¹² divisio hæc 7. 9 — 12. ⁴¹³ notum sit 5. ⁴¹⁴ haristallium 7 — 12. ⁴¹⁵ quia eidem 5. p. ei in 7. 9 — 12. idem ei p. 8. ⁴¹⁶ aquas 5. ⁴¹⁷ flammersheim 5. ⁴¹⁸ vetustate et putredine r. fuerat 5 — 12. ⁴¹⁹ compagine 7. 9 — 12. ⁴²⁰ simulato 5 d. ⁴²¹ die obviam fratri marsanam 7. (8). 9 — 12. ⁴²² propter hoc audiret 5. 7. nemo tamen senserit eum propter hoc condoluisse. Per 11. 12. (9. 10.) ⁴²³ Per idem tempus et reliqua usque in finem anni, in codice 8. anno 873 Adalgisi fugam sequuntur. Per id tempus 5. ⁴²⁴ hirmindrude 5a. d. irmandrude 7. 9. irmandruda 10. irmandrude 11. 12. hirmendrude 4. ⁴²⁵ perierunt, unus temptare 7. 9 — 12. ⁴²⁶ fratris Bivini deest 1 — 3. 5. 6. ⁴²⁷ buvini 9. buovini 11. 12. ⁴²⁸ sedebat deest 2. 5. ⁴²⁹ caballum suum secum 5. ⁴³⁰ debilitatis 7 — 12. ⁴³¹ regis filius 4. 5. ⁴³² aufugiendo mortis 2. 5. 6. 7. 9 — 12. ⁴³³ periculum devitavit 7. 9 — 12. ⁴³⁴ est deinde 5. 7. 9 — 12. ⁴³⁵ abiciens et spernens 7. 9 — 12. ⁴³⁶ a cœpta pravitate desisteret cod. S. Godeh. ullatenus accepta pravitas 5. ⁴³⁷ oculi eruti sunt 7. ⁴³⁸ in tenebras usque tradiderat deest, 4. ⁴³⁹ orbatusque 5. ⁴⁴⁰ miseriarum et deest 4.

NOTÆ.

(62) Mildesheimensem.
(63) Mersen.

(64) Vicus ignotus.
(65) Anno 873. ann. Bartin.

et calamitatum ⁴⁴¹ suarum ærumnas apud eum lugubriter deplorans ⁴⁴²; ille miseratione motus, Absternacum ⁴⁴³ (66) monasterium sancti Willibrordi ⁴⁴⁴, ei ad subsidium vitæ præsentis concessit, ubi non multo post tempore mortuus est et sepultus ⁴⁴⁵.

DCCCLXXI.

Anno Dominicæ incarnationis 871 Adrianus (67) papa migravit ad Dominum, et Johannes summi pontificii culmen ⁴⁴⁶ adeptus est.

His diebus Adalgisus, dux Beneventanus, Græcorum persuasionibus corruptus, adversus Hludowicum imperatorem manum levavit. Etenim ejus hortatu plurimæ civitates provinciarum Samnii, Campaniæ et Lucaniæ a Hludowico recedentes, Græcorum dominationi se subdiderunt. Quibus cognitis, imperator in provincia Samnitica ⁴⁴⁷ exercitum transfert, petiturus harum provinciarum caput Beneventum ⁴⁴⁸, ditissimam et opulentissimam civitatem. Adalgisus adventare exercitum sentiens, timore perterritus ad callida argumenta convertitur, et Benevento egressus imperatori ultro se offert, paratum se esse et semper fuisse ad ejus obsequium profitetur, numquam defectoribus se assensum ⁴⁴⁹ præbuisse juramento confirmat; deinde muneribus regem sibi conciliat, ac mox in pristinam recipitur gratiam. Imperator in Campaniam et Lucaniam ad civitates quæ defecerant copias transponit, quas absque difficultate in dedicationem recepit, excepto ⁴⁵⁰ Capuam, quæ, quia quadro ⁴⁵¹ lapide erat constructa, audaciam repugnandi civibus præbuit. Cingitur ⁴⁵² itaque obsidione, omnisque aditus intrandi vel exeundi ⁴⁵³ penitus intercluditur, regio ⁴⁵⁴ in circuitu vastatur, cuncta hostili rapacitate diripiuntur; novissime vites, oliveta ⁴⁵⁵ et ceteræ ⁴⁵⁶ fructiferæ arbores radicitus exciduntur. Capuani, desperatis rebus, episcopum civitatis adeunt, corpus sancti Germani episcopi, cujus animam venerabilis pater Benedictus in sphæra ignea ⁴⁵⁷ ab angelis in cælum viderat deferri ⁴⁵⁸, in feretro levant, et sic portis apertis supplices castra imperatoris petunt, orantes ejusdem sancti interventu sibi veniam largiri. Augustus, ut totis pietatis visceribus affluebat, misericordia motus, erratus atque excessus ⁴⁵⁹ benigne indulgit, præcepitque exercitui ab excidio retrahere manum ⁴⁶⁰. Expulsis itaque Græcis, custodes ex numero satellitum in civitatibus quas receperat

locat, et sic Beneventum ⁴⁶¹ proficiscitur, ubi aliquantisper decreverat immorari. Exercitus longa civitatum obsidione fatigatus, genitale solum cæpit suspirare, post emensos labores quietem desiderare ⁴⁶², conjugum ⁴⁶³ ac liberorum dulces amplexus ⁴⁶⁴ ante oculos mentis reducere ⁴⁶⁵, et hac ex causa paulatim cotidie ⁴⁶⁶ diffluere. Interim Adalgisus ⁴⁶⁷, ut erat callidus ingenio, imperatorem alloquitur, cur vires suorum, nullis existentibus causis, profligaret, cur agros villasque suæ ditioni subditas hostiliter depopulari permetteret; oporteret, ut et fessis optata quies concederetur ⁴⁶⁸, et regio quæ jam pene ⁴⁶⁹ devastata erat, clementia principis salvaretur. Flexus his suggestionibus, imperator exercitum ⁴⁷⁰ pro maxima parte absolvit et ad propria redire ⁴⁷¹ permisit; ipse cum ⁴⁷² paucis in eodem loco remanet, nil adversi suspicatus ⁴⁷³. Adalgisus regem destitutum suorum viribus ⁴⁷⁴ cernens, jamdudum conceptam iniquitatem parturit, et cum suæ conspirationis sectatoribus ⁴⁷⁵ palatium, in quo imperator meridie quiescebat, occupare nititur. Rex a strepitu et clamore irruentium excitatus, lecto desilit, arma corripit, cum perpaucis corporis sui custodibus ad ostium domus turbatus repentina irruptione, procedit, aditumque ferro intercludens, hostem a liminibus arceat. Adalgisus sentiens non sine discrimine ostia domus, esse penetranda, ab introitu pedem retrahit, palatiumque flammis jubet exuri. Interea rex dextras ⁴⁷⁶ sibi dari petit, pacemque obnixè deposcit; cui responsum est, non aliter petita impetraturum, nisi prius jurejurando devovisset, nunquam se diebus vitæ suæ Beneventi fines intraturum neque ex calumnia quam tunc patiebatur, vindictam aliquando exacturum. Allatis itaque sanctorum pignoribus, necessitate constrictus sacramentum quod ab eo exigebatur juravit, statimque postera die a Benevento ⁴⁷⁷ exivit.

DCCCLXXII.

Anno Dominicæ incarnationis 872 Hludwicus (68) imperator Romam venit, ibique conventum celebrans, coram summo pontifice multa super Adalgisi tyrannide conquestus est. Tunc ⁴⁷⁸ a senatu Romanorum idem Adalgisus tyrannus atque hostis reipublicæ declaratur, bellum etiam ⁴⁷⁹ adversus eum decernitur. Joannes ⁴⁸⁰ papa imparatorem a jura-

VARIE LECTIONES.

⁴⁴¹ et calamitatum *deest* 7. 9—12. ⁴⁴² deplorans qui m. 7. 9—12. ⁴⁴³ absternacum 3. absternatum 5. absternacum 1. 2. 4. epternacum 7. 9—12. ⁴⁴⁴ willibrodi 1—3. 5. 6. ⁴⁴⁵ mortuus et sepultus 5c. ⁴⁴⁶ pontificis culmen 5. culmen pontificii ⁴⁴⁷ provinciam samnitum 5c. ⁴⁴⁸ peritus harum provinciarum capit beneventum *cod. S. Godeh.* ⁴⁴⁹ defectoribus assensum 7. 9—12. ⁴⁵⁰ excepta 4. 5c. 8. ⁴⁵¹ quadrato 2. 3. 5. 6. 7. ⁴⁵² præbuit. circumcingitur obsidione 7. ⁴⁵³ vel exeundi *deest* 5. ⁴⁵⁴ regio *deest* 5. ⁴⁵⁵ vites et oliveta et 5d. ⁴⁵⁶ oliveta ceteræque 7—12. ⁴⁵⁷ in spera ignea 4. 7. (8) 9—12. ⁴⁵⁸ videt deferri 7. 9—12. ⁴⁵⁹ reatus atque excessus 1. erratis atque excessui 5c. ⁴⁶⁰ manum retrahere 7. (8.) 9—12. ⁴⁶¹ et sic in beneventum 7. 9—12. sic *deest* 1—3. 5. 6. ⁴⁶² desyderare 5. ⁴⁶³ conjugium 5a. ⁴⁶⁴ amplectus 5d. ⁴⁶⁵ revocare 5. ⁴⁶⁶ cotidie paulatim 7—12. ⁴⁶⁷ interea adalgisus 7—12. ⁴⁶⁸ optata concederent 5. concederetur 2. ⁴⁶⁹ quæ pene 5d. 7. ⁴⁷⁰ exercitum et pro 5. ex maxima parte 7. ex permaxima parte 4. ⁴⁷¹ propria repedare 1—3. 5. 6. ⁴⁷² ipse vero cum 7—12. ⁴⁷³ nil mali suspicatus 7—12. ⁴⁷⁴ suis viribus destitutum 5c. ⁴⁷⁵ sectoribus 5. ⁴⁷⁶ rex indutias 5. ⁴⁷⁷ a benevento postera die 7—12. ⁴⁷⁸ tunc *deest* 1. 2. 7. ⁴⁷⁹ etiam *deest* 1. 2. ⁴⁸⁰ joannes autem papa 7—12.

NOTÆ.

(66) *Efternach* prope Treveros, ubi S. Willibrordus sepultus erat.

(67) Cf. *Ann. Bertin.* an. 872.

(68) Hæc anno 873 facta sunt, siquidem Joannes papa mense demum Decembri anni 872 ordinatus est.

mento quo se obligaverat, auctoritate Dei et sancti A Petri absolvit, adfirmans nihil sibi ⁴⁸¹ obesse, quod ob mortis periculum evadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum, quod contra salutem republicæ, quamvis cum multis execrationibus, fuerit prolatum ⁴⁸². His exhortationibus principis animum ⁴⁸³ ad rediviva certamina provocat. Tamen, ne a suis perjurus diceretur, nequaquam ipse contra tyrannum procedit, sed reginam cum exercitu dirigit. Adalgisus, certis ⁴⁸⁴ indiciis colligens, bellum adversum se summis viribus ⁴⁸⁵ parari, hostemque se ac tyrannum esse denunciatum, suæ nequitie conscius metu percellitur ⁴⁸⁶, et spem vitæ in fuga ponens, in Corsicam insulam secessit, ibique ad tempus delituit ⁴⁸⁷.

DCCCLXXIII.

Anno Dominicæ incarnationis ⁴⁸⁸ 873, locustarum inæstimabilis multitudo mense Augusto ab oriente veniens, totam pene pervastavit Galliam. Quæ majores erant quam cæteræ locustæ, habebantque ⁴⁸⁹, scna alarum remigia, et, mirum dictu ⁴⁹⁰, ut castrorum acies distinctis ordinibus per aera ferebantur, vel terræ incumbentes castra metabantur ⁴⁹¹. Duces cum paucis exercitum itinere unius diei præibant, quasi loca apta multitudi- ni provisuri. Circa horam nonam, ubi duces pridie venerant, insidebant, nec a loco occupato movebantur, quousque sol suum representaret ortum; tunc per turmas suas proficiscebantur, ut in parvis animalibus disciplinam militarem cerneret. Segetibus vescebantur, quæ ab eis ita depastæ sunt, ut veluti immani tempestate consumptæ viderentur. Spatium diurni itineris quatuor aut quinque milibus ⁴⁹² extendebatur. Pervenerunt autem usque ad mare Britannicum superficiem ⁴⁹³ terræ cooperientes, in quo ⁴⁹⁴, Deo volente, violento ventorum flatu ⁴⁹⁵ impulsæ, atque in profundum absportatæ dimersæ ⁴⁹⁶ sunt. Æstu vero atque refusione oceanii rejectæ, litora maritima repleverunt, tantaque congeries facta est, ut ad instar ⁴⁹⁷ montium cumulatæ coacervarentur: ex earum foetore ac putredine aer corruptus, diram pestem finitimis generavit, ex qua multi perierunt ⁴⁹⁸.

Per idem tempus Carolus Andegavensem obsidebat urbem. Denique Nordmanni postquam Rodbertum et Ramnulfum, et alios nonnullos ⁴⁹⁹ generose stirpis viros, qui patriæ terminos armis tuebantur, Deo habitatoribus terræ adversante, occiderunt, cum nemo inveniretur qui eorum violentiæ

⁵⁰⁰ resisteret, sollicitati ⁵⁰¹ pancarum civitatum vel regionum direptione, ex præda singularum ⁵⁰², quantæ opes universarum essent animo prospicientes, Andegavis civitatem, civibus fuga dilapsis, vacuum reperientes, ingrediuntur; quam cum mun- tissimam et pro situ loci inexpugnabilem esse vidissent, in lætitiâ effusi, hanc suis suorumque copiis tutissimum receptaculum adversus lacessitas bello gentes fore decernunt. Protinus navibus per Medanum (69) fluvium deductis muroque applicatis, cum ⁵⁰³ mulieribus et parvulis veluti in ea habitaturi intrant, diruta reparant, fossas vallo- que ⁵⁰⁴ renovant, et ex ea prosilientes, repentinis incursionibus ⁵⁰⁵ circumjacentes regiones devastant. Quod cum Carolo tam pernicioosa pestis in visceribus regni interclusa nunciata esset, illico ex omnibus regni quæ suæ ditioni parebant, veluti ad commune incendium extinguendum exercitum colligit, atque castris in circuitu positus, civitatem obsidione cinxit. Et quia Medana fluvius a partibus Britanniæ urbis murum adluebat ⁵⁰⁶, Salomoni regi Brittonum mandat, ut, contractis auxiliis, citius adventaret, ut communem hostem communibus viribus expugnarent. Qui, assumptis secum multis Brittonum milibus, super ripam fluminis Medanæ tentoria figit. ⁵⁰⁷ Igitur ex omnibus partibus urbe obsidione circumdata, multis diebus undique summa virtute dimicatur, et nova et exquisita machinamentorum genera applicantur, sed conatus regis prosperitatis effectum ⁵⁰⁸ non obtinuit, quia et loci facies non facilem præbebat accessum, et paganorum valida manus, quia pro vita res erat, summo resistebat conamine. ⁵⁰⁹ Exercitus ⁵¹⁰ immensæ multitudinis cum longæ obsidionis tædio, fame et gravi pestilentie morbo attereretur, cernentes Brittones urbem inexpugnabilem, conati sunt fluvium a suo alveo derivare, ut, exsiccato naturali meatu, naves Nordmannorum invadere possent. ⁵¹¹ Coeperunt itaque fossam miræ profunditatis ac latitudinis aperire, quæ res tantum formidinis ⁵¹² metum Nordmannis ingessit, ut absque dilatione ingentem pecuniam Carolo pollicerentur, si, soluta obsidione, eis ex suo regno liberum præberet egressum. Rex, turpi cupiditate superatus, pecuniam recepit, et ab obsidione ⁵¹³ recedens, hostibus vias ⁵¹⁴ patefecit. Illi, conscensis navibus, in Ligerim revertuntur, et nequaquam, ut sponderant, ex regno ejus recesserunt; sed in eodem loco manentes, multo pejora et immaniora, quam antea fecerant ⁵¹⁵, perpetrarunt ⁵¹⁶.

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁸¹ sibi deest 5. ⁴⁸² fuerit probatum 2. 5. ⁴⁸³ animus... provocatur 5. ⁴⁸⁴ deest 9—12. ⁴⁸⁵ visceribus 2. 5. ⁴⁸⁶ metu perterritus 5. ⁴⁸⁷ latuit 5. 7 — 12. ⁴⁸⁸ incarnationis 874, 1. 2. 3. 5. 8. 9 — 12. *Tota narratio de locustis deest* 4. ⁴⁸⁹ habebant 7. 9 — 12. ⁴⁹⁰ dictu est ut 5. ⁴⁹¹ metabantur 2. metiebantur 5. ⁴⁹² miliaribus 5. ⁴⁹³ br. et superficiem 5 c. e. ⁴⁹⁴ quod 1. 3. 5 c. e. ⁴⁹⁵ flatu ventorum 7. 9—12. ⁴⁹⁶ demersæ 5. 8. ⁴⁹⁷ ut instar 7 — 12. ⁴⁹⁸ ex qua m. p. deest 7 — 12. ⁴⁹⁹ nonnullos deest 5. ⁵⁰⁰ inviolentiæ 2. ⁵⁰¹ sollicita 7. ⁵⁰² regionum deceptione 1 — 3. 5. vel regionem direptionem et ex præda singula 7. ⁵⁰³ muroque applicatis cum deest 1 — 3. 5. ⁵⁰⁴ vallumque 1. 3. 5 c. e. vallesque 7. ⁵⁰⁵ repentinis cursionibus 5 c. d. ⁵⁰⁶ abluebat 5. ⁵⁰⁷ fixit 1 — 3. 5. 6. ⁵⁰⁸ affectum 5 a. ⁵⁰⁹ conamine resistebat. 7. ⁵¹⁰ exercitus vero cum 4. 9 — 12. ⁵¹¹ invadere non possent 5 c. ⁵¹² tantæ formidinis 1—5. ⁵¹³ et obsidione 7—12. ⁵¹⁴ viam. 4. 5. ⁵¹⁵ fecerant fecerunt 4. fecerunt 5. 7. 9—12. ⁵¹⁶ perpetrarunt deest 5. 7.

NOTE.

(69) *Mayenne.*

PATROL. CXXIII.

4

DCCCLXXIV.

Anno Dominicæ incarnationis 874, Hludowicus imperator, qui Italiæ regnum regebat, moritur (70). Fuit vero iste princeps pius et misericors, justitiæ deditus, simplicitate purus, ecclesiarum Dei ⁵¹⁷ defensor, orphanorum et pupillorum pater, eleemosynarum largus largitor, servis Dei humiliter se submittens ⁵¹⁸, ut justitia ejus maneret in seculum ⁵¹⁹ et cornu ejus exaltaretur in gloria ⁵²⁰.

Eodem anno Salomon, rex Brittonum, a Pasquitano ⁵²¹ et Vurfando ⁵²², ducibus suis, dolo interficitur; post ejus mortem cum hii duo regnum ejus inter se dividere vellent, sed in divisione dissentirent, eo quod maxima pars Pasquitani partibus faveret, bellum ab utrisque summis viribus instauratur. Pasquitanus, quanquam majore multitudine abundaret, Nordmannorum tamen auxilia pecunia conducit, eaque ad supplementum virium suo exercitui miscet, et mox contra æmulum ad pugnam proficiscitur. Vurfandi satellites ⁵²³ videntes vires regni ad Pasquitanum concessisse, cœperunt ab eo diffugere, ut vix mille cum eo in acie remanerent, qui et ipsi cœperunt suadere ut secederet ⁵²⁴ mortisque periculum declinaret; se cum paucis innumeram multitudinem sustinere non posse. Ad hæc ille respondit: *Absit, inquit, optimi commilitones, ut hodie faciam quod nunquam feci, scilicet ut inimicis meis terga vertam, et gloria ⁵²⁵ nominis nostri infametur. Melius est ⁵²⁶ nobiliter mori, quam ignominia vitam servare; nec diffidendum de victoria; fortunæ vires cum hostibus experiamur. Neque enim salus est in multitudine, sed potius in Deo.* Hujuscemodi exhortationibus animatis sociis ⁵²⁷, super triginta et eo amplius, ut ferunt ⁵²⁸, adversariorum milia irruit ⁵²⁹; clamor in cælum tollitur, pugna summa viriute conseritur. Vurfandus cum suis ⁵³⁰, confertissimam ⁵³¹ hostium aciem irrumpit, et veluti herba pratorum recisa ante acumen falcis cadit, et uberrimæ segetes, procella tempestatis desæviente ⁵³², prosternuntur, ita ferro cædit sternitque omnia. Raro in illo ⁵³³ regno in ullo prælio tantum sanguinis fusum est. Pasquitanus, ut mactari suos more pecudum vidit, cum paucis, quos gladius necdum consumpserat, fugit. Porro Nordmanni, qui in auxilium fuerant convocati, monasterium sancti Melani ⁵³⁴ episcopi ingressi sunt, ibique se more solito communiunt, et succedente nocte fuga dilapsi, ad naves revertuntur. Fuit vero

A gestum hoc prælium in campis juxta civitatem Redonis ⁵³⁵ (71). Erat hic Vurfandus genere inter suos clarus, sed virtutum experimentis ⁵³⁶ nobilitate clarior, quæ tanta fuit in illo ⁵³⁷ ut animi magnitudine viriumque gloria inter suos, ut diximus, nulli videretur ⁵³⁸ esse secundus; ad ejus audaciam mentisque constantiam demonstrandam unum et multis ponere placuit. Nam Salomon ⁵³⁹ rex cum ⁵⁴⁰ hyemis tempore aliquando contra Nordmannos castra posuisset, ut ab eorum incursione fines regni sui tueretur ⁵⁴¹, ibique multis diebus resideret, quadam die cum sermo inter socios teneretur de audacia et duricia Nordmannorum, prædictus ⁵⁴² Vurfandus se ⁵⁴³ ultra vires præsumens arroganter jactavit, si rex cum exercitu recederet, se tantummodo audere cum suis in eodem loco remanere, et tribus diebus post discessum ⁵⁴⁴ regis immorari. Distabant vero castra Brittonum a Nordmannorum classe tantum octo milibus ⁵⁴⁵. Nuntiata sunt verba quæ Vurfandus quasi leviter protulerat, nescio a quo, Hastingo, duci paganorum ⁵⁴⁶. Non multo post interjecto tempore, datis ⁵⁴⁷ quingentis vaccis, Salomon pacem cum Nordmannis fecit, et acceptis obsidibus cum redire in regnum disponeret, legatus Hastingi eum taliter alloquitur: *Nuntiatum est domino meo, te tantum virum habere, qui se jactet, quod, te recedente, solus ⁵⁴⁸ cum suis hoc in loco audeat remanere. Si ergo tantus est quantus sibi videtur, incunctanter remaneat, quia dominus meus vult eum videre, audacisque viri desiderat notitiam habere.* Interrogatus autem Vurfandus a rege, utrum tale aliquid professus esset, respondit se talia dixisse, et hæc eadem factis velle ⁵⁴⁹ probare; protinusque licentiam ibi remanendi petit. Cum a principe objurgaretur ⁵⁵⁰, cur tam fatua obstinatione detentus, pro verbis inaniter in ventum ⁵⁵¹ prolatis vellet mori suosque morti tradere, nullatenus acquievit, asserens, nisi remanendi ⁵⁵² licentiam daret, nequaquam illi fidelis in reliquum foret. Sed cum Salomon inrevocabilem ⁵⁵³ ejus animum perspexisset, dare ei solatium ex suis satellitibus voluit; quod renuit suscipere, affirmans, si alios quam suos secum haberet, jam non essent vera quæ sponderat. Rex cum omnibus copiis in regnum recessit, et Vurfandus in eodem loco cum ducentis fere ⁵⁵⁴ viris remansit, ibique quinque diebus expectavit. Sexta nocte Hastingus quendam captivum absolvit a vinculis ⁵⁵⁵, et eum ad Vurfan-

VARIE LECTIONES.

⁵¹⁷ deest 5. ⁵¹⁸ servorum dei humilis servitor 1 — 3. 5. ⁵¹⁹ seculum seculi 5. ⁵²⁰ exaltaretur in secula 7. 9 — 12. ⁵²¹ parquitano et partiquano 7. pastiquano 8 — 12. *constanter.* ⁵²² wurfando *constanter* 11. 12. ⁵²³ vurfandi milites vid. 6. ⁵²⁴ secederent... declinarent 5. ⁵²⁵ vertam ut gloria 5 c. e. ⁵²⁶ deest 1. 2. 5. 6. ⁵²⁷ animati socii 3 c. e. animarum sociis 3 a. d. ⁵²⁸ ut referunt 6. ⁵²⁹ irruunt 4. 5. ⁵³⁰ suis in c. 3. 3c d. ⁵³¹ consertissimam 3 d. ⁵³² sæviente 4. ⁵³³ ullo 1 — 3. 6. ⁵³⁴ melani 7 — 12. *menelai cod. S. Godeh.* ⁵³⁵ rodonis 2. 5. ⁵³⁶ experimentis *deest* 3. experimentis et n. 4. 5. ⁵³⁷ in illo fuit 4. ⁵³⁸ videatur 2. 5 a. d. ⁵³⁹ nam cum salomon r. h. 5. 8. ⁵⁴⁰ cum *deest* 1. 2. 7. ⁵⁴¹ sui tueretur prædictus vurfandus 4. ⁵⁴² *deest* 5. ⁵⁴³ *deest* 6. ⁵⁴⁴ decessum 3. 5. 7. *dicessum* 2. *excessum* 9 — 12. ⁵⁴⁵ miliaribus 5. ⁵⁴⁶ paganorum duci 4. 7 — 12. ⁵⁴⁷ datisque 5. ⁵⁴⁸ solis cum suis 1. ⁵⁴⁹ eadem facere velle 1 — 5. ⁵⁵⁰ objurgatus 5. ⁵⁵¹ proverbii inaniter inventum 5. ⁵⁵² manendi 6 — 12. ⁵⁵³ salomon irrationabilem *codex S. Godehardi.* ⁵⁵⁴ ducentis ferme 7. ⁵⁵⁵ absolutum a vinculis ad 7.

NOTÆ.

(70) Obiit anno sequenti.

(71) Rennes.

dum dīfēxit, mandans ut sibi ad vadum cujusdam A torrentis inter tertiam et secundam ⁵⁵⁶ supervenientis diei horam ⁵⁵⁷ occurreret, ut mutuis colloquiis fruerentur. Qui, nihil cunctatus, arma corripere sociis imperat, et ad conditum locum absque mora pergit, prospiciensque vadum torrentis inter suos et adversarios quasi limitem fore, nullo modo ibi consistere voluit, sed transvadato gurgite ultro obviam hostibus procedit. Nordmanni admirantes animositatem et audaciam ⁵⁵⁸ viri, ab eo declinaverunt, nec eum bello lacessere ⁵⁵⁹ ausi sunt. Ille autem usque ⁵⁶⁰ ad horam sextam ⁵⁶¹ intrepidus expectans, cum neminem adversæ partis ⁵⁶² venire cerneret, cum suis ad propria reversus est. Nec illi animus minus in mortem invictus quam in hostem fuit. Denique post peractam victoriam morbo gravatus ⁵⁶³ ad extremum deducitur; cujus invaletudinem ⁵⁶⁴ cum persensisset Pasquitanus, resumptis viribus fautores ejus bello aggreditur (f. ipsius 6 aggredi parat 6-12). Qui timore perterriti ⁵⁶⁵ ad ducem confugiunt, et cum lachrimis ei minas Pasquitani aperiunt, petentes contra imminens periculum consilium. At ille hortatur ut adversus hostem audacter ⁵⁶⁶ procedant suum vexillum ferentes, polliceturque victoriam. Qui cum respondissent, sine ejus præsentia non audere cum adversariis congregari, spiritum qui una cum viribus corporis jam pene effugerat resumens, quia nec pedibus neque ⁵⁶⁷ equo poterat ire, jubet se in lecto portari, et ante aciem inimicorum exponi, et sic subire certamen. Quod cum satellites fecissent ⁵⁶⁸, mox hostes in fugam versi sunt. Patrata victoria, eum cum reportare vellent domum, inter manus militum spiritum, qui tantummodo in pectore palpitabat, exhalavit. Paucis autem interpositis diebus Pasquitanus et ipse defunctus est. Post horum duorum continuas mortes Judicheil ⁵⁶⁹, ex filia Herispoi ⁵⁷⁰ regis natus, et Alanus, frater memorati Pasquitani, Britanniam inter se partiti sunt; inter quos etiam multa jurgia et bella fuerunt. Sed Judicheile ⁵⁷¹ in prælio, quod contra Nordmannos magis audacter quam provide gesserat, interempto, in ditione ⁵⁷² Alani omnis Britannia ⁵⁷³ concessit, qui et hanc strenue hactenus gubernat (71 *).

Eodem anno (72) Carolus Romam perrexit, et datis apostolico Johanni ⁵⁷⁴ et Romanis magnis muneribus, imperator creatur.

VARIE LECTIONES.

⁵⁵⁶ tertiam secundamque 1. ⁵⁵⁷ horas 5. 5. ⁵⁵⁸ animositatem atque audaciam 7-12. ⁵⁵⁹ bello lacessere 5. ⁵⁶⁰ ille usque 4. 7-12. ⁵⁶¹ sextam ad horam 1. usque sextam horam 7. 9-12. ⁵⁶² neminem advenire contrariæ partis 7. ⁵⁶³ morbo graviter 4. 5. ⁵⁶⁴ valetudinem 1-3. sc. e. ⁵⁶⁵ perterriti timore 1-3. 6. ⁵⁶⁶ audacter *deest* 1-3. ⁵⁶⁷ nec 4. 7-12. ⁵⁶⁸ fecissent ejus sc. d. e. ⁵⁶⁹ uudicheil 1. 3. indicheil 5. indicheil 8. ⁵⁷⁰ herispoi 1. 3. herispon 5. ⁵⁷¹ uudicheilo 1. 3. indicheile 3. yidicheile 8. indicheil 7. ⁵⁷² ditionem 4. 5. ⁵⁷³ brittonia 7. ⁵⁷⁴ johanne 1. 9. ⁵⁷⁵ A. d. i. 877. 3. 886. scd. 9-12 ⁵⁷⁶ sepultus 1-3. 5. 6. ⁵⁷⁷ lorasam 1. 2. lorasam 2. ⁵⁷⁸ *deest* 3. ⁵⁷⁹ ingenio perprudens *cod. S. Godeh.* ⁵⁸⁰ prælio 1-3. 5. ⁵⁸¹ fulgorem apud quem nemo muneribus 7. ⁵⁸² ecclesiasticam *usque* ecclesiasticam *deest* 7. ⁵⁸³ magis ecclesiam 2. 5. 6. ⁵⁸⁴ mundana 2. 5. 6. ⁵⁸⁵ matrimonio 7. ⁵⁸⁶ nobili g. ⁵⁸⁷ 7. discessum 1. ⁵⁸⁸ *deest* 7. ⁵⁸⁹ Carolus autem *audito* 5. ⁵⁹⁰ in suos libitus 7. *cod. S. Godeh.* in suos liberos 1. 3. 5. 6. ⁵⁹¹ cum 1. 2. ⁵⁹² carolomannus 5. *constanter.* ⁵⁹³ intravit 1-3. ⁵⁹⁴ excesserat 1. 2. 4. 5. 7. 8-10. 12.

NOTE.

(71 *). Obiit anno 907.

(72) Carolus statim Ludovico imperatore defuncto

DCCCLXXVI.

Anno Dominicæ incarnationis 876 ⁵⁷⁵, Hludowicus rex apud Franconofurt palatium diem clausit extremum 3 Kalendas Septembris, sepultusque ⁵⁷⁶ est in monasterio sancti Nazarii, quod Lorasham ⁵⁷⁷ nuncupatur. Fuit autem iste princeps Christianissimus, fide catholicus, non solum secularibus, verum etiam ecclesiasticis disciplinis sufficienter instructus; quæ religionis sunt, quæ pacis, quæ justitiæ, ardentissimus executor ⁵⁷⁸. Ingenio ⁵⁷⁹ callidissimus, consilio providentissimus, in dandis sive subtrahendis publicis dignitatibus discretionis moderamine temperatus: in præliis ⁵⁸⁰ victoriosissimus, armorum quam conviviorum apparatus studiosior, cui maximæ opes erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem quam auri fulgorem. Apud quem nemo inutilis valuit, in cujus oculis perraro utilis displicuit, quem nemo muneribus ⁵⁸¹ corrumpere potuit, apud quem nullus, per pecuniam, ecclesiasticam ⁵⁸² sive mundanam dignitatem obtinuit, sed magis ecclesiasticam ⁵⁸³ probis moribus et sancta conversatione, mundanam ⁵⁸⁴ devoto servitio et sincera fidelitate. Habuit autem hic gloriosissimus rex, cujus memoria in benedictione est, reginam, nomine Hemmam, sibi in matrimonium ⁵⁸⁵ junctam, quæ nobilis ⁵⁸⁶ genere fuit, sed, quod magis laudandum nobilitate mentis multo præstantior; ex qua tres filios suscepit excellentissimæ indolis, videlicet Carlomannum, Hludowicum et Carolum, qui felici sorte post decessum ⁵⁸⁷ patris imperii moderati sunt gubernacula ⁵⁸⁸.

Carolus, audito ⁵⁸⁹ quod frater a seculo recessisset, nimia, ut aiunt, exultatione perfusus est, arbitratus portionem regni Hlotharii quam idem frater tenuerat, in suos libitos ⁵⁹⁰ concessuram. Exercitum ergo quanta potuit celeritate adunavit, et cum omnibus viribus regnum ingressus, ad Aquis palatium venit; ubi paucis diebus moratus, Coloniam profectus est.

Dum ⁵⁹¹ hæc aguntur in memorato regno, Carlomannus ⁵⁹², primogenitus Hludowici Italiæ fines intraverat ⁵⁹³, cupiens eam paterno suoque subjungere dominatui Siquidem Hludowicus imperator jam, ut diximus, ab hac luce subtractus fuerat, et Carolus imperatoris nomen reportans ex Italia recesserat ⁵⁹⁴ Carolus vero, frater ejus, in Alamannia morabatur. Porro Hludowicus, qui ad patris obi-

anno 875 Romam ivit, et die Natalis Domin. coronatus est.

tum fuerat funerisque ejus obsequia condigno honore celebraverat, apud Franconofurt, principalem sedem orientalis regni, residebat; cui cum nunciatum esset quod Carolus, avunculus [patruus 3, 4, 8] ejus, jam regni paterni terminis occupatis, circa Rheni fluenta ⁵⁹⁵ castra posuisset, nimio furore accenditur, statimque legatos ad eum dirigit, orans ut memor esset germanitatis atque consanguinitatis, memor esset ⁵⁹⁶ nominis domini nostri Jesu Christi, cujus mentionem coram nonnullis testibus facientes ipse et frater, quando regnum inter se dividerunt, terribili essent alternam pacem adinvicem pacto polliciti, et pertimescens tantum nomen ⁵⁹⁷ in vanum accipere, redderet Domino juramenta sua, fœdus quod ad alterutrum ⁵⁹⁸ pepigerant inviolabile maneret; parceret gladio, et humanum fundere sanguinem tam dira cupiditate infectus formidolosius exhorresceret; foret sua sorte contentus, et funiculo hæreditatis divinitus sibi collato pacifice frueretur ⁵⁹⁹, aliena jura non invadens, non subtrahens, non perturbans; non esset in tanto viro vanæ gloriæ typhus ⁶⁰⁰, non supercilii fastus, non alterius usurpandi terminos ambitio; sed justitia, caritas et concordia regnaret, ac summum pax ⁶⁰¹ inter illum et nepotes teneret omnino fastigium. Sed hujuscemodi ⁶⁰² monita Carolus sprexit, asserens se cum fratre non cum nepotibus pepigisse. Interim Hludowicus exercitum ex Saxonia, Thuringia ⁶⁰³ et orientali Francia congregat, et ut in filio non tantum ⁶⁰⁴ paternos vultus, quantum animi subtilitatem artiumque ingenia recognoscere ⁶⁰⁵, castra e regione Coloniae contra castra Caroli super ripam fluminis magno apparatu collocat, ipse autem cum omni ⁶⁰⁶ hostili virtute inter Confluentes et Andrenacum ⁶⁰⁷ Rhenum transisse. Tunc primum animadvertit Carolus se a castris Hludowici esse illum. Movit ergo ⁶⁰⁸ absque mora exercitum, et cum ⁶⁰⁹ quinquaginta et eo amplius, ut ferunt, milibus in pago Meginense non longe ab Andrenaco ⁶¹⁰ (73) castello adversus eum ad pugnam procedit, sed non salvatur rex in multa ⁶¹¹ virtute, fallax

A enim equus ad salutem. Siquidem inito certamine Reginarius comes, qui regium vexillum ferebat, primo impetu extinguitur; confertissimæ acies Hludowici a sociis irrumpuntur, et sicut ignis in stipula ⁶¹⁴ immissus furit ⁶¹⁵ et in momento cuncta devorat, ita vires adversariorum ferro conterunt ⁶¹⁶, terræ prosternunt ⁶¹⁷. Exercitus Caroli graviter cæsus terga vertit, et Hludowici victoria fuit. Carolus videns suos fugere, et ipse fuga vitam servavit, sero secum revolvens, quanti discriminis sit, æquitatis jura divinarum humanarumque legum institutionibus roborata immoderatæ cupiditatis ambitione violari ⁶¹⁸ velle. Acta est autem hæc strages 8 Idus Octobris. Post hæc convenerunt ⁶¹⁹ tres supradicti fratres in loco qui dicitur Sualifelt ⁶²⁰ (74), et ibi dividerunt paternum regnum. Carlomannus sortitus est Bajoariam, Pannoniam et Carnutum ⁶²¹, quod corrupte Carantanum dicitur, nec non et regna Sclavorum, Behemensium et Marahensium ⁶²²; Hludowicus orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Fresiam, ⁶²³ et partem regni Hlotharii: porro Carolo Alamannia in partem ⁶²⁴ cessit et aliquæ civitates ex regno Hlotharii.

DCCCLXXVII.

Anno Dominicæ incarnationis 877, Carolus senior Romam secundo profectus est, ubi jampridem imperatoris nomen a præsule sedis apostolicæ Johanne ingenti pretio emerat; regnumque Italiæ magis in transeundo vidit, quam fruendo potitus est. Ab urbe Roma in Langobardiam ⁶²⁵ reversus, Bosoni ⁶²⁶, germano Richildis ⁶²⁷ reginæ, Hirringardem, filiam Hludowici imperatoris, in matrimonium junxit ⁶²⁸. Dies nuptiarum tanto apparatu tantaque ludorum magnificentia celebratus est, ut hujus celebritatis gaudia modum excessisse ferantur. Dedit insuper eidem Bosoni Provinciam, et corona ⁶²⁹ in vertice capitis imposita, eum regem appellari jussit, ut more præcorum imperatorum regibus videretur dominari ⁶³⁰. Evolutis deinde paucis diebus, Papiam ingreditur; in qua cum in disponendis ⁶³¹ publicarum rerum negotiis animum intenderet, repente ⁶³² nuntiatum est ei, Carlomannum cum ingenti armatorum

VARIE LECTIONES.

⁵⁹⁵ rhenum fluvium 3. ⁵⁹⁶ consang. memor esset juramenti quod fratri suo fecerat; contentus foret funiculo, etc. 4. ⁵⁹⁷ nomen tantum 7. 9—12. ⁵⁹⁸ quod alterutrum 3a. d. quod uterque pepigerat 3c. e. ⁵⁹⁹ collato, et aliena non invaderet, sed justitia, caritas et concordia inter illum et nepotes summum teneret fastigium 4. ⁶⁰⁰ gloriæ tibus 8—12. g. triumphus 7. typus reliqui. ⁶⁰¹ pacis 3. ⁶⁰² hujus commodi 3. ⁶⁰³ turinga 7. ⁶⁰⁴ filio tantum 3. ⁶⁰⁵ recognosceret 3d. ⁶⁰⁶ omni deest 3. ⁶⁰⁷ confluentes et arduennam 3. ⁶⁰⁸ transiit 3. ⁶⁰⁹ nec fuit 7. ⁶¹⁰ ita 6. vero reliqui præter 3d. in quo conjunctio desideratur. ⁶¹¹ exercitum cum 3. ⁶¹² andernaco 3. ⁶¹³ salvatur ex multa 3. ⁶¹⁴ stipulam 3. 3. ⁶¹⁵ immissus fuerit 2. 3a. d. ⁶¹⁶ conterunt et terræ 3c. e. 4. 3. ⁶¹⁷ conteruntur. . . prosternuntur 6. ⁶¹⁸ violare 4. 3. ⁶¹⁹ cum venerunt 3. ⁶²⁰ saulifelt ibi 3c. d. salevelt 11. 12. saulivelt 4. 7. 8. saulivent 9. 10. ⁶²¹ carnotum 11. 12. carantum 8. ⁶²² et marahensium deest 4. 3. ⁶²³ frisiam 3c. e. 2. 3. 7. 9—12. ⁶²⁴ carolus alamanniam et aliquas civitates 3. (aliquot) 1—3. in parte 4. ⁶²⁵ roma in barcham 1. 2. r. in bracham 3. ⁶²⁶ huosoni 2. ⁶²⁷ rihhildæ 7. bosoni germanichildis r. 2. 3. bosoni germani richildis r. 3. et cod. Frising. ⁶²⁸ junxit 6. ⁶²⁹ coronam 4. 4. 9—12. ⁶³⁰ ab urbe roma usque dominari deest 4. ⁶³¹ cum disponendis 4. 2. 3. ⁶³² repentine 4. 2. 5. 6.

NOTÆ.

(75) Andernacum, in medio fere pago Meginensi situm. Cf. mappam in D Guntheri codice dipl. Rheno-Mosellano, T. II.

(74) Pagus ad fluvium Alemonam, in quo Carolus M. fossam duxerat, majoris pagi Retiensis pars.

multitudine Langobardorum terminos⁶³⁹ introiisse. A quo paulo superius mentionem fecimus, audita morte Hludowici, a Provincia egreditur, totamque Burgundiam occupare nititur. Denique nonnullos episcopos partim minis, partim suasionibus, in societatis fœdera colligit, et Lugdunum ingressus, ab Aureliano, ejusdem urbis metropolitano⁶⁴¹, et aliis pontificibus in regem super præfatam Burgundiæ regnum inungitur pro nihilo ducens adolescentes filios Hludowici, et velut degeneres despiciens, eo quod jussu Caroli eorum genitrix sprete atque repudiata fuerit. Quæ res illi magis⁶⁴² attulit continuum cladum⁶⁴³ ac periculorum dispendium, quam gloriæ et dignitatis emolumentum. Siquidem jam dicti adolescentes, Hludowicus et Carlomannus, industria ac studio Hugonis abbatis et aliorum procerum in regnum sublimati sunt⁶⁴⁴,

et eundem Bosonem diebus vitæ suæ omni instantia sunt persecuti. Nec solum illi, verum etiam alii⁶⁴⁵ reges Francorum per succedentia tempora adeo graviter nomen ejus⁶⁴⁶ tulerunt atque exosum habuerunt, ut inrecoverabili ejus dejectione et mortis exitio non modo principes ac duces, sed etiam eorum satellites, sacramentis execrationibus obligarentur. Fuit autem tam perspicacis ingenii, ut cum a multis, ut⁶⁴⁷ dictum est, regibus et regnis⁶⁴⁸ assidue insectatus sit, a nullo tamen aut capi aut circumveniri aliquando potuerit; tantæ moderationis, ut cum sibi faventes proscriptionibus damnarentur bonisque omnibus privarentur, nunquam insidiis suorum militum fuerit petitus neque fraude proditus cum utrumque hostes sæpe tentassent⁶⁴⁹.

Per idem⁶⁵⁰ tempus Hludowicus qui Austrasiis imperabat, cognita morte æquivoci sui, regnum illius invadere disposuit⁶⁵¹ et transvadata Mosa imperii fines occupavit. Cui occurrerunt⁶⁵² duo memorati fratres⁶⁵³ cum valida manu; sed intercurrentibus vicissim legationibus, nequaquam pugna committitur, sed pax roboratur. Adolescentes, quippe ut⁶⁵⁴ fœderatus ab eis recederet Hludowicus, portionem regni Hlotarii, quam avus paterque tenuerat, ex integro illi concesserunt, addita insuper Atrabalis abbatia sancti Vedasti. Facta itaque pactione datisque sacramentis, cum in regnum idem⁶⁵⁵ rex reverteretur (66), repente obviam habuit Nordmannorum innumeram multitudinem, juxta Carbonariam⁶⁵⁶, in loco qui vocabatur Timiun⁶⁵⁷ (77) cum ingenti præda ad

ferretur. Post aliquantos annos ossa ejus translata sunt et Parisius in monasterio sancti Dionysii honorifice sepulta. Cui successit in regnum filius Hludowicus.

DCCCLXXVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 878, eclipsis lunæ magna facta est mense Octobrio, die 15⁶⁴¹. Item eodem mense eclipsis solis accidit, die 29⁶⁴² circa horam nonam.

Paucis interjectis diebus (75), Hludowicus rex, filius Caroli, qui Balbus appellabatur, eo quod impeditioris et tardioris esset eloquii, ab hac luce subtractus est. Fuit vero iste princeps vir simplex ac mitis, pacis, justitiæ et religionis amator. Habuit autem, cum adhuc juvenilis ætatis flore polleret, quandam nobilem puellam⁶⁴³, nomine Ansgard, sibi conjugii fœdere copulatam, ex qua duos liberos suscepit elegantis formæ ac ingentis animi virtute præstantes: horum unus Hludowicus, alter Carlomannus vocabatur. Sed quia hanc sine genitoris conscientia et voluntatis censu suis amplexibus sociaverat, ab ipso patre ei postmodum⁶⁴⁴ est⁶⁴⁵ interdicta, et interposito jurisjurandi sacramento, ab ejus⁶⁴⁶ consortio in perpetuum separata. Tradita est autem eidem ab eodem patre Adalheidis⁶⁴⁷ in matrimonium, quam gravidam ex se reliquit idem rex cum obiret; quæ tempore pariendi expleto, enixa est puerum, cui nomen avi imposuit, eumque Carolum vocitari fecit.

DCCCLXXIX.

Anno Dominicæ incarnationis 879, ⁶⁴⁸ Boso ⁶⁴⁹ de

VARIÆ LECTIONES.

⁶³⁹ lang. ditionem 1. 5. lang. regna 3. ⁶⁴¹ ticianum 2. 7. 8. titinum 9 — 12. ⁶⁴² subsecuta est nonnulli cod. ⁶⁴³ judeo sedechias qui vocatur 7. ⁶⁴⁴ hic sicarius plane erat 5. hic sicca planta erat. 2. cod. S. Godeh. hic sicopanta erat 7. hic sicut prebatus erat 9 — 12. ⁶⁴⁵ obiit vero non. oct. 4. ⁶⁴⁶ levatum est in 3. 5. ⁶⁴⁷ compulit illud t. mandare 5. ⁶⁴⁸ die 15. 4. ⁶⁴⁹ 28. 4d. ⁶⁵⁰ puellam nobilem 4. 5. ⁶⁵¹ postmodum ei 7 — 12 ⁶⁵² deest 5. ⁶⁵³ ab eis 2. ⁶⁵⁴ adheleidis 4, adheleidis ßc. e. 8. adaltheidis 1. 2. adheleith 3. adalcheidis 7. ⁶⁵⁵ DCCCXXVIII, 6. ⁶⁵⁶ Boso, etc., usque hostes sæpe tentassent ⁶⁵⁷ deest 4. ⁶⁵⁸ boso de cujus 7. ⁶⁵⁹ metropolitano 5. ⁶⁶⁰ res obtulit illi magis e. 1 — 3. 5. ⁶⁶¹ continuum clam odium 5. claudium 2. ⁶⁶² sublimatorum et 5. ⁶⁶³ deest 3. ⁶⁶⁴ adeo ejus nomen graviter 7. 9 — 12. a. n. e. g. 8. ⁶⁶⁵ multis sicut dictum 3. ⁶⁶⁶ et regnis ⁶⁶⁷ deest 3. cod. S. Godeh. ⁶⁶⁸ sæpe certassent 2. 5. cum utrorumque hostes sæpe inter se decertassent 3. cod. S. Godeh. ⁶⁶⁹ Per id 5. ⁶⁷⁰ disponit 7 — 12. ⁶⁷¹ concurrerunt 2. ⁶⁷² fratres memorati 7 — 12. ⁶⁷³ quo impetu f. 5. ⁶⁷⁴ in regnum cum idem 7. 9 — 12. ⁶⁷⁵ carbonariam 1. 2 carbonaria 7.

NOTÆ.

(75) Cf. Ann. Bertin. a. 879.

(76) Cf. Ann. Fuld. a 880,

classem repedantem, cum quibus absque mora A
 conflictit, et Deo propitiante maximam ex eis par-
 tem gladio prostravit. Reliqui fuga ⁶⁶⁷ difapsi, in
 supradictum ⁶⁶⁸ fiscum regium ⁶⁶⁹ se communiunt,
 ubi Hugo ⁶⁷⁰, filius regis ex pellice natus, cum
 incautus ⁶⁷¹ dimicaret, graviter vulneratus, ab ho-
 stibus rapitur et inter manus adversariorum ani-
 mam reddit ⁶⁷². Rex existimans, quod adhuc filius
 vivus ab inimicis servaretur, exercitum ⁶⁷³ ab
 impugnationis infestatione jubet cessare, ut quo-
 eumque pacto illum incolumem recipere posset. In-
 terea nox superveniens ⁶⁷⁴, regem cum suis redire
 ad castra compulit. Nordmanni cadavera suorum
 flammis exurentes, noctu diffugiunt, et ad classem
 dirigunt gressum, Rex diluculo consurgens, cum
 filium extinctum reperisset, nimio dolore afficitur; B
 corpus ejus in loculo compositum ⁶⁷⁵ ad Loreshheim
⁶⁷⁶ monasterium imperat deferri, ibique tumulari.

DCCCLXXX.

Anno Dominicæ incarnationis 880. Carlomannus
 rex paralyti dissolutus diem clausit extremum VII
 Nonas Aprilis, sepultusque est cum debito honore
 in Bavaria ⁶⁷⁷, in loco qui dicitur Hodingas ⁶⁷⁸
 (78). Fuit vero iste præcellentissimus rex litteris
 eruditus, Christianæ religioni deditus, justus, pa-
 cificus, et omni morum honestate decoratus ⁶⁷⁹;
 pulchritudo ejus corporis insignis, vires quoque
 in homine admirabiles fuere; nec inferior animi
 magnitudine ⁶⁸⁰. Plurima quippe ⁶⁸¹ bella cum
 patre, plurima sine patre, in regnis Sclavorum ges-
 sit, semperque victoriæ triumphum reportavit; C
 suis mitis, hostibus terribilis apparuit; alloquio
 blandus, humilitate ornatus, in ordinandis regni
 negotiis singulari solertia præditus, sic prorsus, ut
 nihil ei ⁶⁸² deesse regie majestatis competens ⁶⁸³
 videretur.

Huic ex legitimo matrimonio non est nata
 soboles propter infœcunditatem conjugis, sed ex
 quadam nobili femina filium elegantissimæ spe-
 ciei suscepit, quem Arnolfum ⁶⁸⁴ nominari jussit,
 ob recordationem reverendissimi Arnolphi, Met-
 tensis ecclesiæ episcopi, de cujus sancto germine
 sua aliorumque regum ⁶⁸⁵. Francorum prosapia

pollulaverat; quod ⁶⁸⁶ non casu accidisset; sed
 quodam præsidio portentoque futurorum actita-
 tum ⁶⁸⁷ videtur. Siquidem ab illo genealogia ⁶⁸⁸
 regum cœlitus provisa per intervalla temporum
 secundis incrementorum successibus ⁶⁸⁹ cepit
 exuberare quousque in magno Carolo summum
 imperii fastigium non solum Francorum, verum
 etiam diversarum gentium regnorumque obtineret.
 Post cujus decessum ⁶⁹⁰, variante fortuna, rerum
 gloria quæ supra vota fluxerat, eodem quo acces-
 serat modo cepit ⁶⁹¹ paulatim diffluere, donec
 deficientibus non modo regnis, sed etiam ipsa regia
 stirpe partim immatura ætate pereunte, partim
 sterilitate conjugum ⁶⁹² marcescente; hic solus de
 tam numerosa regum posteritate idoneus inveni-
 retur, qui imperii Francorum sceptrum susciperet;
 quod in subsequentibus suo in loco ⁶⁹³ lucidius
 apparebit.

Hudowicus, comperto ⁶⁹⁴ quod frater ejus ⁶⁹⁵
 obiisset, Bajoariam ingressus Raganasburch ⁶⁹⁶
 venit, ubi omnes optimates regni ad eum con-
 fluentes ejus ditioni se subdiderunt. Concessit
 autem idem rex Arnolfo Carantanum ⁶⁹⁷, quo ei
 pater jam pridem concesserat, in quo situm est
 castrum munitissimum, quod Morsaburch ⁶⁹⁸ (79)
 nuncupatur, eo quod palude impenetrabili locus
 vallatus, difficillimum adeuntibus præbeat ac-
 cessum.

DCCCLXXXI.

Anno Dominicæ incarnationis 884, Carolus de Ala-
 mania egressus Langobardorum fines occupavit,
 ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem
 accepit; et Romam perveniens, a præsule aposto-
 licæ sedis Johanne, et senatu Romanorum favora-
 biliter cum magna gloria imperator creatus est.

Per idem ⁶⁹⁹ tempus Nordmannorum classis Wal⁷⁰⁰
 fluvium ingressa, Niumaga ⁷⁰¹ palatio regio applicuit;
 ibique castra posuit. Quod factum eum ad notitiam
 Hudowici perlatum esset ⁷⁰², absque dilatione cum
 exercitu venit, et munitionem obsidione clausit.
 Conserto nonnullis diebus certamine, non adeo præ-
 valuit, quia paulatim ingentis magnitudinis mitisque
 operis hostibus tutissimum præbebat receptaculum.

VARIÆ LECTIONES.

⁶⁶⁷ thimain 5. thimuin 2. *cod. S. Godeh.* thurium 7. thimum 4. 8. 9. 10. timum 11, 12. ⁶⁶⁷ reliqui in
 fugam 1—3. ⁶⁶⁸ supra dictum *deest* 5. ⁶⁶⁹ in supradicto fisco regio 1. 3. ⁶⁷⁰ hug. 3. ⁶⁷¹ incautus 6.
⁶⁷² inter adversariorum arma recidit 5. ⁶⁷³ exercitus 2. 5. ⁶⁷⁴ nox desuper veniens 1—3. 5. ⁶⁷⁵ in loco
 compositum 1—3. 3. 6. ⁶⁷⁶ lorscheym 5. Jorasám 3. *cod. S. Godeh.* Joreshtari 1. ⁶⁷⁷ Balthariam 1.
⁶⁷⁸ huodingas 7—12. ⁶⁷⁹ decorus 8. ⁶⁸⁰ magnitudine. Permulta... plurima sine 5. ⁶⁸¹ quoque 6. ⁶⁸² sic
 ut prorsus ei nihil deesse in regie majestatis competentia videretur 5. ⁶⁸³ in regie majestatis competentia
 4. ⁶⁸⁴ arnolphum 5. *ita constanter.* arnulphum 4. arnolfum 8. ⁶⁸⁵ aliorumque germinum *cod. S. Godeh.*
 aliorumque germanorum francorum 1. 5. aliorumque germanum francorum 2. ⁶⁸⁶ quond non usque
 conjugum marcescente *deest* 8. ⁶⁸⁷ actum 7. ⁶⁸⁸ siquidem genealogia 1—3. 5. 7. ⁶⁸⁹ successionibus 5.
⁶⁹⁰ cujus mortem 2. ⁶⁹¹ fortuna recessit gloria... eodemque quomodo accesserat cepit. 7. 9—12. ⁶⁹² con-
 jugium 5c. ⁶⁹³ suo loco 6. ⁶⁹⁴ Hudowicus comperto usque gloria imperator creatus est *deest* 7.
⁶⁹⁵ *deest* 4. 5. 6. 8—12. ⁶⁹⁶ rastibonam 5. 6. ⁶⁹⁷ corantanum 5. ⁶⁹⁸ morsburch 1. mos burch 2. 3.
 morsburgk 5. mosaburch 8. mosaburt. 10. mosaburc 11. 12. ⁶⁹⁹ per id 5. ⁷⁰⁰ walam 1. 3. 5. ⁷⁰¹ neu-
 mago 5. niumago 4. 8. ⁷⁰² perlatum est 5.

NOTE.

(77) *Thuin* ad Sabim.(78) *Allen-Cellingen* ad Cenum.

(79) Erat parochia et castrum antiquum in Ka-

rithia inferiori, milliaro Germanico a Klagenfurto
 remotum, non longe e lacu Klagenfurtensi.

In qua congressione captus est ab adversariis ⁷⁰², A Eberhardus ⁷⁰³ Saxo ⁷⁰⁴, filius Meginhardi ⁷⁰⁵ comitis, et captivus ductus ⁷⁰⁶; quem postea ⁷⁰⁷ mater Evesa ⁷⁰⁸ magno pretio dato incolumem recepit. Postremo rex, accepta pollicitatione, quod si ab obsidione cessaret, Nordmanni continuo regno ⁷⁰⁹ ejus decederent, cum omnibus copiis recessit. Illo recedente, pagani palatium una cum munitione exurentes flammis ⁷¹⁰, navibus ascensis ⁷¹¹, hostia Rheni repetunt.

Item eodem anno mense Novembrio duo reges Nordmannorum, Godefridus et Sigifridus ⁷¹², cum inestimabili multitudine peditum et equitum condescerunt in loco qui dicitur Ahslon ⁷¹³ (80), juxta Mosam ⁷¹⁴. Et primo quidem impetu finitima loca depopulantes, Leodium civitatem, Trajectum ⁷¹⁵ B castrum, Tungrensem urbem incendio cremant; secunda incursione Ribuariorum finibus effusi ⁷¹⁶, cædibus, rapinis ac incendiis cuncta ⁷¹⁷ devastant, Coloniam Agrippinam, Bunnam ⁷¹⁸ (81) civitates cum adjacentibus castellis, scilicet Tulpiacum ⁷¹⁹, Juliacum ⁷²⁰ et Niusa, igne ⁷²¹ comburunt; post hæc Aquis palatium ⁷²², Indam, Malmundarias et Stabulaus ⁷²³ monasteria in favillam redigunt.

DCCCLXXXII.

Anno Dominicæ incarnationis 882. Arduennam percurrentes, Prumiam monasterium ingrediuntur ipso die Epiphaniæ Domini, ubi triduo commorantes, omnem in circuita regionem depopulati sunt. In quo loco innumera multitudo peditum ex agris et villis in unum agmen conglobata, eos quasi C pugnatura ⁷²⁴ aggreditur. Sed Nordmanni cernentes ignobile vulgus non tantum inerme ⁷²⁵, quantum disciplina militari ⁷²⁶ nudatum, super eos cum clamore irruunt, tantaque cæde prosternunt, ut bruta animalia, non homines mactari viderentur. His itaque patris, onerati præda ad castra redeunt. Illis discedentibus, ignis qui in diversis habitaculis accensus remanserat, cum nullus esset qui eum extingueret ⁷²⁷, monasterium consumpsit.

Dum hæc aguntur, Hludowicus rex morbo gra-

vatus, apud Franconofurt moritur 13 Kal. Sept. (82), sepultusque est juxta patrem in Lorasham ⁷²⁸ cœnobio ⁷²⁹. Habuit autem Liutgarlam ⁷³⁰ reginam in matrimonium copulatam, ex qua filium unicum suscepit, quem nomine suo Hludowicum appellavit. Sed cum ⁷³¹, ut præmisimus, post obitum fratris ad obtinendam regnum ejus Bajoariam intrasset ⁷³², et Heganesburch moraretur, idem puerulus de fenestra palatii cecidit ⁷³³, et contractis cervicibus statim expiravit; quæ non tantum immatura quam inhonesta ⁷³⁴ mors ⁷³⁵, non solum regi et reginæ, verum etiam omni domui ⁷³⁶ reginæ maximum luctum ingessit. Nordmanni, audita morte regis, nimio exultant tripudio, et jam non de conflictu, sed de præda cogitant. Igitur cum omnibus viribus a minutione ⁷³⁷ exiliunt ⁷³⁸, et Trevirorum nobilissimam civitatem Galliarum (83), Nonis Aprilis, die sacratissimæ Cænæ Domini occupant, in qua usque sancto die ⁷³⁹ Paschæ fessa ab itinere corpora recreantes, omne territorium ⁷⁴⁰ urbis circumquaque usque ad solum demoliti sunt; deinde civitatem flammis exurentes, Mediomatrico ⁷⁴¹ dirigunt aciem. Quod cum comperisset ⁷⁴² ejusdem urbis antistes ⁷⁴³ Walo, adjuncto sibi Certulfo ⁷⁴⁴ episcopo (84) et Adalhardo ⁷⁴⁵ comite, ultro illis obviam ad pugnam procedit. Inito certamine, Nordmanni victores extiterunt. Isdem Wala ⁷⁴⁶ episcopus in prælio ⁷⁴⁷ cecidit, cæteri fugerunt. Pagani iter quod cæperant deserentes, cum ingenti præda summa celeritate ad classem revertuntur.

Ea tempestate Carolus imperator in Italia morabatur, ubi diversis legationibus Germaniæ ac Galliæ pulsatur, ut ad suscipienda regna sibi hæreditario jure competentia festinaret, et periclitanti imperio succurreret, quod, capite amisso, ludibrio hostibus erat. Qui nihil tardatus, cum omnibus copiis in Franciam venit, et cum Langebardis, Bajoariis, Alamannis, Thuringis, Saxonibus, Fresonibus et omnibus regnis suæ ditioni subditis, Nordmannos in supradicto loco obsidere exorsus est; sed conatus

VARIE LECTIONES.

⁷⁰² est adversarius 1—3. 5. ⁷⁰³ everhardus 1. 4. 8. ⁷⁰⁴ saxo *deest* 7. 11. *saxi cod. S. Godeh.* meginhardi 1. meginardi 4. ⁷⁰⁶ ducitur 1. 2. 5. ⁷⁰⁷ quoad postea 1. 5. quod p. 2. ⁷⁰⁸ enessa 5a d. enesse 5c. e. everso 7. ⁷⁰⁹ continuo e regno 3. 4. 5. ⁷¹⁰ flammis exurentes 4. 7—12. ⁷¹¹ n. accensis 2. 4. 5. 7. ⁷¹² sigefridus 2. 3—5. ⁷¹³ haslon 2. 4. 8. 9. 11. 12. haslou 5. aslon 7. haslion 10. ⁷¹⁴ mosa 7. ⁷¹⁵ trajectum 2. traectum 7. trejectum 4. 8. ⁷¹⁶ effusi *deest* 7. 9—12. ⁷¹⁷ inc omnia 4. 5. ⁷¹⁸ bonnam 5c. e. ⁷¹⁹ scilicet julpiacum 7. ⁷²⁰ juliacum 4. 7. viliacum 8—12. vilpiacum 1—3. vilpiacum 5. ⁷²¹ nuis 5. ⁷²² aquis palatium 7. ⁷²³ idem amalimundarias et stabilis 5. ⁷²⁴ eos quasi pagna 1—3. ⁷²⁵ non tantum inorme 2. 7. 9—12. innerme 8. ⁷²⁶ militari *deest* 1—3. 5. 6. ⁷²⁷ extingueret et m. 5a. d. ⁷²⁸ Jorosan 1. 3. Jorosam 2. Jorasam 2. Jorasheim 8—12. Joresham. ⁷²⁹ sepultus est in Joresheim juxta patrem in cœnobio 5 (1—3). ⁷³⁰ Juogardem 1. Juidgardam 5a. ⁷³¹ sed ut. . . bajoariam ingressus 1. 2. 4. 5. ⁷³² sed ut. . . fratris dum ad ingressus est 3. ⁷³³ fenestra cecidit 1—5. ⁷³⁴ quantum inhonesta 4. sed inhonesta 1—3. 5. ⁷³⁵ quæ tam immatura mors 3. ⁷³⁶ domo 2. 5c. 6. 7. 9—12. ⁷³⁷ cum omni ammoditione 1. 2. 5. cum omni festinatione 3. cum omni admiratione 5c. e. ⁷³⁸ exhibunt 2. exhibant 3. exeunt et 6. ⁷³⁹ sanctum diem 4. 5. ⁷⁴⁰ omne tentorium 5. ⁷⁴¹ mediomatricum 5. ⁷⁴² reperisset 5. ⁷⁴³ urbis episcopus 5. 6. 8. 9—12. walo *deest* 1—3. 6. 7. 9—12. ⁷⁴⁴ bertolfo 3. 5. 7—12. ⁷⁴⁵ andalhardo 5. ⁷⁴⁶ walla 1—3. 5. wiala 7. walu 11. walo 4. 8. ⁷⁴⁷ in prælio *deest* 1—3. 5.

NOTÆ.

(80) Vide Ann. Fuldenses.

(81) Bonn... Zulpich, Jülich, Neuss.

(82) Cf. Ann. Fuldenses.

(83) De hoc Trevirensi excidio cf. Gesta Trevirorum, quæ eadem fere verba habent.

(84) Bertulfus, Trevirorum archiepiscopus; Adalhardus a Lotharingiæ scriptoribus comes Metensis vocatur, nec male. Gesta Trevirorum post Adalhardo comite, ad Remiche addunt.

ejus parum effectum obtinuit, quamquam, ut diximus, ex diversis regnis et gentibus inæstimabilis multitudo in unum confluisse ⁷⁶⁸, indignatione cœlesti super populum Christianam religionem profanantem desœviente. Novissime rex Godofridus Nordmannorum ea conditione Christianum se fieri pollicetur, si ei munere regis Fresia ⁷⁶⁹ provincia concederetur, et Gisla ⁷⁷⁰, filia Hlotharii, in uxorem daretur. Quæ ut ⁷⁷¹ optaverat ⁷⁷² adeptus, baptizatus est, et ex sacro fonte ab imperatore susceptus. Sigifrido et reliquis Nordmannis immensum pondus auri et argenti expositum est, et tali tenore fines regni excedunt.

DCCCLXXXIII.

Anno Dominicæ incarnationis 883 ⁷⁷³ Hludowicus rex ⁷⁷⁴, frater Carlomanni, moritur (85) apud B sanctum Dionysium, ibique honorabiliter tumulatur, quem omnes Galliarum populi nimio planctu lamentati sunt. Fuit enim vir ⁷⁷⁵ virtutis maximæ ⁷⁷⁶, regnumque sibi subditum a paganorum infestatione ⁷⁷⁷ potenter viriliterque defendit. Inter cætera quæ strenue gessit, illud præcipue prælium commendatur, quod adversum Nordmannos in loco qui vocatur Sodalteurt ⁷⁷⁸ (86) summis viribus exercuit; quo certamine, ut ferunt, plusquam octo milia adversariorum gladio ⁷⁷⁹ prostravit. Carlomannus frater regnum illius obtinuit. Eodem tempore Bertulfus, Trevirorum episcopus, migravit ad Dominum vi Idus Februar. ⁷⁸⁰, cui successit in pontificali cathedra per electionem cleri et totius plebis Ratbodus ⁷⁸¹ reverendissimus antistes, C vi Idus Aprilis ⁷⁸². His etiam diebus Ruodbertus ⁷⁸³ præsul ab eodem episcopo ⁷⁸⁴ Ratbodo in Mettensi ecclesia consecratur, x Kalendas Maii.

Circa hæc tempora Hugo ⁷⁸⁵, filius Hlotharii, in spem recuperandi paterni regni ab aliquibus discordiarum ac litium sectatoribus introducit, omnesque qui justitiam et pacem execrabantur, ad eum confluerunt, ita ut in paucis ⁷⁸⁶ diebus innumera multitudo prædonum ejus dominationi se submiserit. ⁷⁸⁷ Inter quos etiam nonnulli ex primoribus regni vana spe seducti, manibus datis accedunt ⁷⁸⁸, videlicet Stephanus, Ruodbertus, Wichbertus ⁷⁸⁹, Thietbaldus comites, Albricus et frater ejus ⁷⁹⁰ Stephanus ⁷⁹¹, tantaque rapina et violentia ab his in regno fit, ut inter horum

A et Nordmannorum malitiam nil differret, præter quod a cædibus et incendiis abstinerent. Sic omnipotens Deus iratus regno Hlotharii adversabatur, et talibus incrementorum cladibus vires ejusdem regni radicitus exterminabat, ut prophetia sanctissimi Nicolai papæ simul et ⁷⁷² maledictum quod super idem regnum protulerat, adimpleretur.

Hoc etiam tempore idem Hugo Wichbertum comitem, qui ab ineunte ætate sibi faverat ⁷⁷³, interfecit ⁷⁷⁴; paucis dehinc interpositis diebus, Bernarium, nobilem virum sibi que fidelissimum, dolo trucidari ⁷⁷⁵ jussit, pulchritudine illius captus uxoris, quam absque momento sibi in ⁷⁷⁶ matrimonium jungit. Vocabatur autem mulier Friderada ⁷⁷⁷, quæ antequam Bernario sociaretur, copulata fuerat Engilrammo ⁷⁷⁸ potenti viro, ex quo filiam peperit, quam postmodum Richwinus ⁷⁷⁹ comes in conjugium accepit, quam etiam propter stuprum commissum idem comes decollari jussit.

DCCCLXXXIV.

Anno Dominicæ incarnationis 884 Nordmanni qui ab Ahslon ⁷⁸⁰ recesserant, Somnam fluvium ⁷⁸¹ intrant, ibique consederunt. Quorum creberrimas incursiones cum Carlomannus sustinere non posset, pecuniam pollicetur, si a regno ejus recederent. Mox avidæ gentis animi ad obtinendam pecuniam exardescunt, et 12 milia pondera argenti puri atque probati exigunt, totidemque annis pacem promittunt. Accepta tam ingenti pecunia, funes a litore solvunt, naves concidunt, et marina litora repetunt. Interea Carlomannus venatum perrexit, ubi et ab ⁷⁸² apro graviter vulneratus, post modicum vitam cum regno amisit, sepultusque est apud sanctum Dionysium. Aiunt autem quidam, quod a quodam suo satellite improvide arma ferenti ⁷⁸³ vulneratus fuerit, et quia non sponte sed invitus hoc facinus commiserat, idcirco a rege celatum sit ⁷⁸⁴, ne innoxius morti traderetur.

Nordmanni, cognita morte regis, protinus in regnum revertuntur. Itaque Hugo abba et cæteri proceres legatos ad eos dirigunt, promissionem et fidem datam violatam esse proclamant. Ad hæc illi respondent, se cum Carlomanno rege, non cum alio aliquo fœdus pepigisse; quisquis ille esset

VARIE LECTIONES.

⁷⁶⁸ confluit 1—3. 5. 7. 9—12. ⁷⁶⁹ frisia 5. 7. 9—12. ⁷⁷⁰ gissa 5e. ⁷⁷¹ qui ut 5. ⁷⁷² optavit 4. 5. 6. ⁷⁷³ DCCCLXXXVIII. 9. 11. 12. ⁷⁷⁴ rex deest 5. ⁷⁷⁵ vir deest 2—5. ⁷⁷⁶ maximæ deest 2. 7—12. ⁷⁷⁷ infestatione 3. ⁷⁷⁸ sodalcurch 2. sodalcurch 5. sodalteur 7. sodaleurt 8 *Codex Frising. contra sodaltcart; ita et cod. S. Godehardi.* ⁷⁷⁹ milia hominum gladio 1—3. 5. ⁷⁸⁰ idus septembr. 2. 5. 6? II idus febr. 7. idus febr. 4. ⁷⁸¹ rabbodus 1. radbodus 3. rapodus 2. ⁷⁸² VII^e idus apr. 2. 5. 6? ⁷⁸³ rutbertus 1. rudpertus 2. 5d. ruopertus 5a. rupertus 5c. e. ruothpertus 7. rotbertus 1. 8. routbertus 9. rutbertus 10. ruotpertus 11. rutupertus 12. ⁷⁸⁴ eodem archiepiscopo 7—12. ⁷⁸⁵ hug 3. ⁷⁸⁶ ut paucis 5. ⁷⁸⁷ se subdiderint 5. ⁷⁸⁸ accedunt 1. 3. ⁷⁸⁹ wibbertus 5. ⁷⁹⁰ ejus deest 7. 9—12. ⁷⁹¹ ruotbertum, wicpertum, albicum et fratrem ejus stephanum. ⁷⁹² simul etiam 1. 5. ⁷⁹³ qui ab ineunte ætate sibi faverat deest 1. 2. 3. ⁷⁹⁴ interim 1. 2. 3. ⁷⁹⁵ trucidare 5. ⁷⁹⁶ momento in 1—3. 5. ⁷⁹⁷ friderath 2. fridera 3. friderach 5. friderat 9—12. ⁷⁹⁸ engilranno 1. 2. 4. 5. engelranno 5c. e. engelgrammo 8. ⁷⁹⁹ richininus 5. ⁸⁰⁰ aslon 6. qui ab his longe 9—12. ⁸⁰¹ sonnum fluvium 5. somnum 2. ⁸⁰² ubi ab 1. 2. quidam deest 7—12. ⁸⁰³ ferente 1—3. c. e. ⁸⁰⁴ celatum est 4. 5.

NOTÆ.

(85) Obiit an. 882, mense Augusto. Bouq.

(86) *Saulcourt*, Picardiæ oppidum.

qui ⁷⁸⁵ in regnum ejus succederet, ejusdem numeri et quantitatis pecuniam daret, si quiete ac pacifice imperium tenere vellet, Territi hujusmodi mandatis optimates regni ad Carolum imperatorem missos dirigunt, eumque ultro in regnum invitant, eique adveniendi ad Gundolfi ⁷⁸⁶ villam obviam procedunt, et manibus sacramentisque juxta morem datis, ejus ditioni se subjiciunt ⁷⁸⁷.

Eodem anno Nordmanni qui in Chinheim ex Denemarca ⁷⁸⁸ venerant, absentiente Godefrido, Rhenum navigio ⁷⁸⁹ ascendunt, et Diusburch ⁷⁹⁰ oppido occupato, munitionem in eodem loco more solito construunt, et in eo ⁷⁹¹ tota hieme resident. Contra quos Henricus dux castra posuit, et nullatenus prædas agere permisit. Redeunte vernali tempore, castris exustis, maritimis locis ⁷⁹² se recipiunt.

[His etiam diebus Nordmanni a Somna ⁷⁹³ exeunt, et rursus in regno Hlotharii revertentes, in loco qui dicitur Lovon ⁷⁹⁴ (87) castrametati sunt in confinio ejusdem regni, et continuis incursionum infestationibus ⁷⁹⁵ utraque regna fatigant: ad quorum malitiam compescendam imperator semel et iterum exercitum misit, sed nihil dignum memoria adversus tantam violentorum ⁷⁹⁶ rapacitatem ⁷⁹⁷ actum est ⁷⁹⁸.]

DCCCLXXXV.

Anno Dominicæ incarnationis 885 Hugo rebel-
lare disponens contra imperatorem, legatos ad
Godefridum in Frisia ⁷⁹⁹ occulte dirigit, eo quod
illi esset adfinitate conjunctus propter sororem
quam in conjugium acceperat, hortaturque ut in
patriam mitteret et auxiliatorum ⁸⁰⁰ validam ma-
num undique contraheret, et cum omnibus viribus
sibi opem ferret, quatenus regnum paternum evin-
dicare armis potuisset ⁸⁰¹; et si id ejus industria
virtutisque suffragio prosperitatis effectum obline-
ret, medietatem ipsius regni pro munere pollicetur.
His suasionum promissionibus Godefridus veluti
veneno infectus, occasionis fomitem inquit, qua-
liter ac si justa ratione ⁸⁰² a fidelitate imperatoris
se subducere prævaleret, statimque Gerolfum ⁸⁰³
et Gardolfum, comites Fresonum, legatos ad Cæ-

sarem dirigit, mandatque, si vellet, ut in ea ⁸⁰⁴
quam pollicitus fuerat ⁸⁰⁵ fidelitate perseveraret,
finesque sibi regni commissos ab incursione pro-
priae gentis defensaret ⁸⁰⁶, Confluentes ⁸⁰⁷ Andro-
nacum et Sincicha ⁸⁰⁸ et nonnullus alios fiscos ob-
sequiis ⁸⁰⁹ imperialibus deditos sibi que ⁸¹⁰ largire-
tur propter vini affluentiam, quæ in his locis ⁸¹¹
exuberabat ⁸¹², eo quod terra quam ex ⁸¹³ munifi-
centia principis possidendam perceperat ⁸¹⁴, mi-
nime vini ferax esset. Agebat autem hoc ea animi
intentione, ut si petita sibi largirentur ⁸¹⁵, suos in
visceribus regni immiscere ⁸¹⁶ posset et varios
eventus speculari; si autem et denegarentur ⁸¹⁷,
nihilominus offensus in sibi prohibitis ⁸¹⁸, quasi
justitia dictante, rationalibus desævire ⁸¹⁹ posset
rebellionisque causas ⁸²⁰ suscipere. Quorum callida
machinamenta et factionum conspirationes cum
persensisset imperator, cum Henrico, viro pruden-
tissimo, altiori consilio pertractat, quo ingenio ho-
stem quem in regni extremitatibus introduxerat,
extinguere posset, et sciens esse loca ⁸²¹ inaccessa-
bilia exercitui propter diversarum aquarum in-
numeros decursus et impenetrabiles paludes, magis
in arte quam virtute ⁸²² experiri statuit. Legatos
igitur responso suspensos absolvit, et ad Godfri-
dum redire permisit, asserens per suos missos de
omnibus legationum suarum causis ea responsa
redditurum quæ sibi et eidem Godefrido essent
decentia ⁸²³, tantum ut in cepta fidelitate perseve-
raret. Post hæc Henricum ad eundem virum mit-
tit; et ut ⁸²⁴ fraus quæ struebatur occultaretur,
cum eo Willibertum, venerabilem episcopum Co-
loniæ Agrippinæ. Qui (88) suis satellitibus secreto
imperat, ut per Saxoniam properantes, non agmine
facto, sed sparsim sibi occurrerent, loco et die
quo eis condixit ⁸²⁵; ipse cum perpaucis Coloniam
venit, et assumpto ⁸²⁶ secum ⁸²⁷ præfato episcopo,
mox in Batuam ⁸²⁸ proficiscitur, Godefridus, au-
dito eorum adventu, illis obviam procedit ad
locum qui dicitur Heripich ⁸²⁹ (89), in quo Rheni
fluenta et Wal uno se alveo resolvunt, et ab
invicem longius recedentes Batuam provinciam
suo gurgite cingunt. Hanc insulam ingredientem

VARIÆ LECTIONES.

⁷⁸⁵ qui ei in regnum succ. 7. 9-12 qui ei in regnum ejus succ. 6. ⁷⁸⁶ gundulphi 4. gundfi 8. gundolphi 5. ⁷⁸⁷ se subdiderunt 5. ⁷⁸⁸ chinheim et denemarca 2. 5a. d. chinheim et denemarham 5c. e. denimarca 4. 7-12. ⁷⁸⁹ rhenum in niunaga navigio *cod. S. Godeh*: ⁷⁹⁰ diusburch 5. duspurch. 11. 12. duusburch 7. ⁷⁹¹ in ea 5. ⁷⁹² exustis ad maritima loca 5c. e. ⁷⁹³ a sono 5. ⁷⁹⁴ louen 5. ⁷⁹⁵ continuis ejusdem regni infest. 1-3. 5. 6. ⁷⁹⁶ violentiorum 5a. ⁷⁹⁷ rapacitatem *deest* 2. ⁷⁹⁸ His etiam diebus etc. *usque actum est deest* 8-12 *cf. infra a. 886.* ⁷⁹⁹ frisiā 5c. e. ⁸⁰⁰ mitteret auxiliorum 5c. e. mitteret et auxiliorum 3-12. ⁸⁰¹ posset 1-3 5. 6. ⁸⁰² ac si juxta rationem 1-3 5. 6. ⁸⁰³ gerolphum et gardolphum 1. 3. 5. c. d. gerulfum et gardulfum 4. gerulfum et cardulfum 8. ⁸⁰⁴ vellet cum ea 5. ⁸⁰⁵ pollicitus est 6. ⁸⁰⁶ defenderet 5c. e. ⁸⁰⁷ confluentem 4. 5. ⁸⁰⁸ sucicha 5a. d. sucicham 5c. de ⁸⁰⁹ alios fines obsequiis 5. ⁸¹⁰ sibi 3. 4. 8. 12. ⁸¹¹ qui in his locis 7. 9-12. ⁸¹² locis erat 1-3. 5. ⁸¹³ ex *deest* 7. 9-12 ⁸¹⁴ perciperet 2. ⁸¹⁵ petita larg. 7. 9-12 ⁸¹⁶ immisceri 2. 5a. d. 7. 9-12 ⁸¹⁷ autem denegarentur 5. autem ea denegarentur 4. autem ea denegarentur 9-12 ⁸¹⁸ prohibitos 2. 3. 5. ⁸¹⁹ racionabilius dictante desevire 7. ⁸²⁰ causa 5a. d. causam 1-3. ⁸²¹ sciens loca 1-3. 5. ⁸²² quam ex virtute 1-5. ⁸²³ essent convenientia 4. 5. ⁸²⁴ mittit ut 5. ⁸²⁵ quo eis concidit 1.-3. quo eis constituit 6. quo eis edixit 5. quo se ei concidunt 7. ⁸²⁶ assumpto cum 5. ⁸²⁷ secum *deest* 1-3. ⁸²⁸ battuam 5d. baccuam 3. ⁸²⁹ herispich 9. 11. 12 arispich 10.

NOTE.

(87) *Lowen.*(88) *Id est, Henricus.*(89) *Modo ibi exstat locus Heerwen.*

Episcopus et comes, multa a Godefrido audiunt, multa ex parte imperatoris respondent, dies ad occasum vergitur, soluto colloquio insula excedunt, hospitia repetunt in crastinum reversuri. Henricus episcopum hortatur, ut die subsequenti Gislam⁸⁸⁰, uxorem Godefridi, extra insulam evocaret, eamque ad pacis studium provocare⁸⁸¹ satageret, interim ipse cum Godefrido causam Everhardi⁸⁸² comitis ageret, cuius rerum⁸⁸³ possessio ab eo violenter diripiebatur. Deinde persuadet eidem Everhardo ut de injustitia quam patiebatur in medio adsurgens se proclamaret, et cum a ferocis et barbaræ gentis homine durius et contumeliosus⁸⁸⁴ verbum sibi esset prolatum, absque mora evaginato gladio eum summo annisu in capite percuteret⁸⁸⁵ antequam a terra elevari posset. Quid B plura? Ab Everhardi primo percussis, et a satellitibus Henrici⁸⁸⁶ confossus Godefridus moritur, omnesque Nordmanni qui in Batua reperti sunt, trucidantur⁸⁸⁷. Non multis post interpositis diebus Hugo ejusdem Henrici consilio ad Gundulfi villam promissionibus attractus, dolo capitur, et jussu imperatoris ab eodem Henrico ei oculi eruantur, omnesque faventes dehonestantur. Post hæc in Alamania⁸⁸⁸ in monasterio⁸⁸⁹ sancti Galli mittitur, inde postea⁸⁹⁰ in patriam revocatur; novissime, temporibus Zuendebolchi⁸⁹¹ regis, in Prumia⁸⁹² monasterio manu mea attonsus est — eram enim tunc temporis in eodem loco Domini ovilis, quamvis non idoneus, tamen custos — ubi non post multos annos moritur et sepelitur.

DCCCLXXXVI.

Anno Domini incarnationis 886, Nordmanni (90) a Somma⁸⁹³ fluvio exeunt, et rursus in regno Hlotharii revertentes, in loco qui dicitur lovon⁸⁹⁴ castra sedesque statuunt, scilicet in confinio utriusque regni, et continuis incursionum infestationibus utraque regna fatigant; ad quorum ingenitam insatiam compescendam, imperator semel et iterum exercitum misit, sed nihil dignum adversus tantam violentorum rapacitatem actum est.

Eodem anno⁸⁹⁵ Ansbaldus, abba Prumiensis cenobii, summæ sanctitatis ac religionis vir, ad celestem patriam transit 4 Idus Julii, cui succes-

sit in regiminis loco Farabertus⁸⁹⁶ venerabilis pater 8. Idus Aug.

DCCCLXXXVII.

Anno Domini incarnationis 887, Nordmanni a Lovon recedentes Sequanam ingrediuntur⁸⁹⁷, et Parisius applicantes, castra ponunt, et civitatem obsidione claudunt; contra quos imperator Henricum ducem exercitu vernali tempore dirigit, sed minime prævaluit. Erant enim, ut ferunt, triginta et eo amplius adversariorum milia, omnes pene robusti bellatores.

Denuo festivo tempore, antequam segetes in manipulos redigerentur, idem Henricus cum exercibus utriusque regni Parisius⁸⁹⁸ venit, et circumstantibus legionibus ipse cum perpauca⁸⁹⁹ propius accedens, munitionem circuit, situm loci contemplatur, aditumque perquirat, quo exercitui cum hostibus minus periculosus⁹⁰⁰ pateret congressus. Porro Nordmanni audientes appropinquare exercitum, foderant foveas, latitudinis unius pedis et profunditatis trium, in circuitu castrorum, easque quisquiliis et stipula operuerant, semitas tantum discoursui necessaria intactas reservantes; pauci igitur latrunculi qui latitabant in concavis viarum itineribus, videntes Henricum appropinquare, cito⁹⁰¹ surgunt a locis in quibus⁹⁰² delituerant, provocantque virum telis, et voce lacesunt. Ille animi magnitudine indignitatem rei⁹⁰³ non ferens, super eos irruit, et mox in cæcis foveis⁹⁰⁴ equus cui insidebat impegit, et cum ipso⁹⁰⁵ in terram⁹⁰⁶ corruit; hostes summa cum festinatione advolantes⁹⁰⁷, antequam a loco elevaretur, eum terræ confodiunt; et aspiciente universo exercitu, absque mora⁹⁰⁸ trucidant, arma auferunt, et spolia ex parte diripiunt. Agminibus autem impetum facientibus, vix cadaver examine eruitur, et a suis usque Suessionis⁹⁰⁹ deportatum⁹¹⁰, in basilica sancti Medardi sepelitur. Exercitus, amisso duce, ad propria revertitur.

Eodem tempore Hugo abba, magne potestatis⁹¹¹ vir et⁹¹² magnæ prudentiæ, Aurelianus moritur, et apud sanctum Germanum Antisiodoro⁹¹³ tumulatur. Ducatus quem tenuerat et strenue rexerat, Odoni⁹¹⁴ filio Rodberti, ab imperatore traditur, qui ea tem-

VARIE LECTIONES.

⁸⁸⁰ gissam 5e. gisalam 7. ⁸⁸¹ studium revocare 2. 3. 5. ⁸⁸² eberhardi 5. ⁸⁸³ cui rerum 2. 3. ⁸⁸⁴ contumeliosus 5d. ⁸⁸⁵ percussit 4. 5. — *Post vocem percuteret aliquid excidisse videtur, e. g. ab hominibus Henrici protinus trucidandum.* ⁸⁸⁶ et satellitibus 5. ⁸⁸⁷ trucidabantur 7 — 12. ⁸⁸⁸ alamaniam 3. 5c. d. 7. 9—12. ⁸⁸⁹ monasterium 17 3. 5. 7. 9—12. ⁸⁹⁰ interim postea 5d. ⁸⁹¹ zuendebolchi 1. zuendeboldi 3. zundibolchi 5. zeindibachi 7. 9. zuentibolchi 4. zuendibolcho 8. zendibachi. 10 zendibachi 11. 12. ⁸⁹² brumia 7. 843 saane 5a. sonn 5c. d. ⁸⁹³ loven 5. *ita et infra.* ⁸⁹⁴ Eodem anno *usque idus aug. deest.* 4. ⁸⁹⁵ sarabertus 5. ⁸⁹⁶ ingrediuntur parisiis 5c. d. ingrediuntur, castra metati sunt in confinio ejusdem regni et parisiis 9. — 12. ⁸⁹⁷ parisiis 5c. e. *ita fere semper.* ⁸⁹⁸ paucis 7. 8. ⁸⁹⁹ periculosus 5a. d. ⁹⁰⁰ appropinquantem quare cito 5. ⁹⁰¹ locis quibus 4. 5. ⁹⁰² rei *deest* 5. ⁹⁰³ mox incertis foveis 1. 3. 5. mox incestis 2. ⁹⁰⁴ cum ipse 5a. d. ⁹⁰⁵ eum in terra 1. 5 ⁹⁰⁶ festinatione advolantes antequam *deest in codd.* 1—3; *quorum loco cod. 3. post. summa vocem celeritate inseruit.* ⁹⁰⁷ mora eum 5. ⁹⁰⁸ sessionis 7. suessionis 5a. d. ⁹⁰⁹ deportatur 2. 3. ⁹¹⁰ magnæ pietatis 5. ⁹¹¹ vir magnæ 7. ⁹¹² autissioduro 2. autisiodure 1. antisiodoro 6. (8.) abisiodoro 7. autissiodoro 4. 9-12. ⁹¹³ adoni filio 1. 3.

NOTÆ.

(90) Cum eadem narratio supra an. 884 iisdem fere verbis occurrat, ibi tamen in codicibus 9-12 omittatur, Regino vagam illam sententiam, *His*

etiam diebus, veritate magis perspecta, omisisse, et narrationem suo loco restituisse videtur.

pestate Parisiorum comes erat, et cum Gozzilino A⁸⁶⁵ ejusdem urbis episcopo, contra Nordmannorum assiduam impugnationem civitatem totis viribus tuebatur.

His etiam diebus prædictus Gozzilinus episcopus inter ipsas obsidionum pressuras migravit a seculo, in cujus loco substitutus est ab imperatore ⁸⁶⁶ Haschiricus ⁸⁶⁷ episcopus.

Post hæc imperator Galliarum populos perlustrans, Parisius cum immenso exercitu venit ibique adversus hostes castra posuit, sed nil dignum imperatoria majestate ⁸⁶⁸ in eodem loco gessit ⁸⁶⁹. Ad extremum, concessis terris et regionibus quæ ultra Sequanam erant, Nordmannis ad deprædandum, eo quod incolæ illarum sibi obtemperare nollent, recessit, et recto itinere in Alamanniam B⁸⁷⁰ perrexit ⁸⁷¹. Et primo quidem ⁸⁷² Liudwardum ⁸⁷³, episcopum Vercellensem, virum sibi percharum et in administrandis publicis utilitatibus unicum consiliarium, objecto adulterii crimine, eo quod reginæ secretis familiaris quam oportebat immisceretur ⁸⁷⁴, a suo latere cum dedecore ⁸⁷⁵ repulit; deinde paucis interpositis diebus, conjugem Richardem ⁸⁷⁶ — sic enim Augusta vocabatur — pro eadem re in concionem vocat, et, mirum dictu ⁸⁷⁷, publice protestatur, nunquam se carnali coitu cum ea ⁸⁷⁸ miscuisse, cum plus quam decennio legitimi matrimonii foedere ejus consortio esset sociata. Illa e contra non solum ab ejus, sed etiam ab omni virili commixtione se immunem esse profitetur, et de virginitatis integritate gloriatur, idque se C⁸⁷⁹ approbare Dei omnipotentis judicio, si marito placeret, aut singulari certamine, aut ignitorum vomerum examine, fiducialiter adfirmat; erat enim religiosa femina. Facto ⁸⁸⁰ dissidio, in monasterio ⁸⁸¹ quod in proprietate sua construxerat, Deo famulatura recessit.

His ita gestis, imperator corpore et animo cœpit ægrotare. Mense itaque Novembrio circa transitum sancti Martini Triburias venit, ibique conventum generalem convocat. Cernentes optimates regni, non modo vires corporis, verum etiam animi sensus ab eo diffugere, Arnolfum, filium Carlomanni, ultro ⁸⁸² in regnum attrahunt, et facta conspiratione ab imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim transeunt, ita ut in triduo vix aliquis re-

maneret, qui saltem ⁸⁸³ officia humanitatis ⁸⁸⁴ impenderet. Cibus tantum ⁸⁸⁵ et potus ex Liudperti episcopi (91) sumptibus administrabatur ⁸⁸⁶. Erat res spectaculo digna, et æstimatione sortis humanæ rerum varietate miranda. Nam sicut ante secunda fortuna rebus ultra quam arbitrari posset affluentibus, tot tantaque imperii regna sine laborum sudoribus, sine laborum certaminibus ⁸⁸⁷ attraxerat, ita ut post magnum Carolum majestate, potestate, divitiis, nulli regum Francorum videretur esse postponendus, ita nunc adversa velut in ostentatione ⁸⁸⁸ fragilitatis humanæ deficiens ⁸⁸⁹, quæ fortuna ⁸⁹⁰ cumulaverat, cuncta inhoneste in momento abstulit, quæ prospero arridens successu, quondam gloriose attulerat. Mittit ergo ad Arnolfum ex imperatore effectus egenus ⁸⁹¹, et desperatis rebus non de imperii dignitate, sed de victu cotidiano cogitans, tantum alimentorum copiam ad subsidium vitæ præsentis supplex exposcit; dirigit etiam Bernhardum filium, quem ex pellice ⁸⁹² susceperat, cum exeniis ⁸⁹³, eumque ejus fidei commendat. Miseranda rerum facies, videre imperatorem opulentissimum non solum fortunæ ornamentis destitutum, verum etiam humanæ opis egentem, Concessit autem ei ⁸⁹⁴ Arnolfus rex nonnullos fiscos ⁸⁹⁵ in Alamannia, unde ei alimonia præberetur; ipse vero, compositis in Francia feliciter rebus, in Bajoariam revertitur.

Eodem anno ⁸⁹⁶ Witgarius episcopus de Augusta civitate obiit, et Adalbero, nobilis generis magnique ingenii ac prudentiæ vir, cathedram ejus obtinuit, et ei in episcopatu ⁸⁹⁷ successit.

DCCCLXXXVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 888, ⁸⁹⁸ Carolus imperator, tertius hujus nominis et dignitatis, obiit pridie (92) Idus Januar., sepultusque ⁸⁹⁹ est in Augea ⁹⁰⁰ monasterio. Fuit vero hic ⁹⁰¹ Christianissimus princeps, Deum ⁹⁰² timens, et mandata ejus ex toto corde custodiens, ecclesiasticis sanctionibus devotissime parens, in elemosynis largus, orationi et psalmodiis melodiis indesinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter intentus, omnem spem et consilium suum divinæ dispensationi committens, unde et ei omnia ⁹⁰³ felici successu concurrebant in bonum, ita ut in regna Francorum

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁶⁵ gozlinus . . gozlini 1. 2. gozelinus . . gozelino 3. ⁸⁶⁶ ab imperatore *deest* 7. ⁸⁶⁷ aschiricus 4. haschiricus 8. aschirinus 3. ⁸⁶⁸ imperatore majestati 2. imperatoris m. 6. imperatoriæ majestati 9-12. imperator in 7. ⁸⁶⁹ dignum ab imperatore in eodem loco factum est 3. ⁸⁷⁰ alamanniam recessit 5. ⁸⁷¹ quidem tempore 1. 7. ⁸⁷² liutwardum 3. liutwardum 4. liwardum 8-10. lifardum 11. litsardum 12. ⁸⁷³ oportebat insereretur 6. ⁸⁷⁴ decore 2. ⁸⁷⁵ richardem 4. ⁸⁷⁶ mira dictu 7. 9-12. ⁸⁷⁷ cum ea *deest* 1. 2. 5. ⁸⁷⁸ femina ea acto 1. 5. ⁸⁷⁹ monasterium 5. dissidio in Andelam monasterium ancillarum Dei in Alsatia 8. ⁸⁸⁰ ultra 5d. ⁸⁸¹ saltim 7. 9-12. ⁸⁸² saltim vel verba humanitatis 7. ⁸⁸³ cibus tamen 1. 3. 5. ⁸⁸⁴ administrabatur illi 8. ⁸⁸⁵ sudoribus et certaminibus 5. ⁸⁸⁶ ostensione 5. ⁸⁸⁷ destruens 4. 7. 9-12. ⁸⁸⁸ fortuna *deest* 7. 9-12. ⁸⁸⁹ egenus ex 5. ⁸⁹⁰ quem de pellice 6. ⁸⁹¹ xeniis 5. ⁸⁹² *deest* 1. 5. ⁸⁹³ fiscos cortis regia in 7. ⁸⁹⁴ eodem anno *usque* successit *deest* 7. ⁸⁹⁵ episcopatum 5. ⁸⁹⁶ DCCCLXXXVIII. 2. 10. ⁸⁹⁷ sepultusque in 7. 9-12. ⁸⁹⁸ augia 2. augia insula 3. *cod. S. Godeh.* ⁸⁹⁹ *deest* 7. 9-12. ⁹⁰⁰ princeps Deum 4. ⁹⁰¹ omnia *usque* omnia *deest* 3.

NOTÆ.

(91) Moguntini.

(92) Legendum obiit die Idus Januar., Cf. Ann. Fuld. et Necrologium Sangallense.

quæ prædecessores sui non sine sanguinis effusione cum magno labore acquisierant ⁹⁰², ipse perfacile in brevi temporum spatio sine conflictu, nullo contradicente, possidenda perceperit ⁹⁰³. Quod autem circa finem vitæ dignitatibus nudatus bonisque omnibus spoliatus ⁹⁰⁴ est, tentatio fuit, ut credimus, non solum ad purgationem, sed quod majus est, ad probationem: siquidem hanc, ut ferunt, patientissime toleravit, in adversis secuti ⁹⁰⁵ in prosperis gratiarum vota persolvens, et ideo coronam vitæ, quam repromisit Deus ⁹⁰⁶ diligentibus se, aut jam accepit, aut absque dubio accepturus est. Post cujus mortem regnaque ejus ditioni paruerant, veluti legitimo destituta hærede, in partes a sua compage revolvuntur, et jam non naturalem dominum præstolantur, sed unumquodque ⁹⁰⁷ de suis visceribus regem sibi creari ⁹⁰⁸ disponit, quæ causâ magnos bellorum motus excitavit; non quia principes Francorum deessent, qui nobilitate, fortitudine et sapientia regnis imperare possent, sed quia inter ipsos æqualitas generositatis, dignitatis ac potentiae discordiam augebat ⁹⁰⁹, nemine tantum cæteros præcellente, ut ejus dominio reliqui se submittere dignarentur. Multos enim idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Francia genuisset, nisi fortuna eos, emulatione virtutis, in perniciem mutuam ⁹¹⁰ armasset.

Igitur quædam pars Italici populi Berengarium ⁹¹¹, filium Everhardi ⁹¹², qui ducatum Foro-Julianorum ⁹¹³ tenebat, regem sibi statuunt, quædam Widonem ⁹¹⁴, filium Lantperti, ducem Spolitanorum ⁹¹⁵, æque regia dignitate sublimandum decernunt; ex qua dissensionum controversia tanta strages ex utraque parte postmodum facta est, tantusque humanus sanguis effusus, ut juxta Dominicam vocem ⁹¹⁶, regnum in seipsum divisum desolationis miseriam pene incurrerit. Ad extremum Wido victor existens, Berengarium regno expulit. Pulsus itaque Arnolfum regem adiit ⁹¹⁷, ejus patrocinia contra hostem exposcit. Quid vero Arnolfus fecerit, qualiter Italiæ regnum bis cum exercitu penetraverit ⁹¹⁸ suo in loco ⁹¹⁹ commemorabitur.

Interea Galliarum populi in unum congregati, cum consensu Arnolfi Odonem ⁹²⁰ ducem, filium Rodberti, de quo paulo superius mentionem fecimus, virum strenuum, cui præ cæteris formæ pul-

chritudo et proceritas corporis et virium sapientiæque magnitudo inerat, regem super se pari consilio et voluntate creant; qui rempublicam viriliter rexit, et contra assiduas deprædationes Nordmannorum indefessus propugnator extitit.

Per idem tempus ⁹²¹ Ruodolfus, filius Chuonradi, nepos Hugonis abbatis de quo supra meminimus, provinciam inter Jurum ⁹²² et Alpes Penninas ⁹²³ occupat, et apud sanctum Mauritium (93) adscitis secum quibusdam primoribus ⁹²⁴ et nonnullis sacerdotibus coronam sibi imposuit, regemque se appellari jussit. Post hæc mittit legatos per universum regnum Hlotarii, et suasionibus pollicitationibusque episcoporum ac nobilium virorum mentes in sui favorem demulcet. Quod cum nunciatum esset Arnolfo, illico cum exercitu super eum irruit; ille per artissima itinera fuga dilapsus, in tutissimis rupium locis salutis præsidium quæsivit; omnibus itaque ⁹²⁵ diebus vitæ suæ (94) Arnolfus et Zuendiboldus, filius ejus, eundem Ruodolfum persecuti sunt, nec tamen eum lædere ⁹²⁶ potuerunt, quia, ut supra expressum est, loca inaccessibilia, quæ in multis solis hibernibus ⁹²⁷ pervia sunt ⁹²⁸, insequentium confertas acies ⁹²⁹ procul ab ingressu repellebant.

Eodem anno Nordmanni qui Parisiorum urbem obsidebant, miram et inauditam rem, non solum nostra, sed etiam superiore ætate, fecerunt. Nam cum civitatem inexpugnabilem esse persensissent, omni virtute omnique ingenio laborare cœperunt, quatenus urbe post tergum relicta, classem cum ⁹³⁰ omnibus copiis per Sequanam sursum possent evehere, et sic Hionnam ⁹³¹ (95) fluvium ingredienti, Burgundiæ fines absque obstaculo penetrarent. Civibus autem omni instantia prohibentibus ascensum fluminis, naves per siccum plusquam duorum passuum milibus trahunt, et taliter ⁹³² declinato omni periculo, iterum eas Sequanæ ⁹³³ fluentibus immergunt; et post ⁹³⁴ paulum Sequanam relinquentes, Hionnam ⁹³⁵ ut disposuerant ⁹³⁶, et sub omni celeritate navigantes, Senonis applicuerunt, ibique castris positus, per continuos sex menses eandem urbem obsidione claudunt, totamque pene Burgundiam rapinis, cædibus ac incendiis demoluntur. Sed civibus fortiter repugnantibus, Deo protegente, nequaquam ⁹³⁷ præfatam civitatem capere potue-

VARIÆ LECTIONES.

⁹⁰² in bonum cum labore acquisierant 7. ⁹⁰³ perceperat 7. 9-12. ⁹⁰⁴ bonisque spoliatus 2. ⁹⁰⁵ toleravit in adversis, sicuti 5. ⁹⁰⁶ quam promisit deus 3. ⁹⁰⁷ unusquisque 7. ⁹⁰⁸ creare 9-12. ⁹⁰⁹ augebant 1. 2. 5. ⁹¹⁰ fortuna nos æmulatione . . . mutua 7. ⁹¹¹ berngarium 9-12. ⁹¹² ennarhardi 5. ⁹¹³ foro julianorum 5. ⁹¹⁴ guidonem 5. ⁹¹⁵ lantperti spolitanorum ducis (8.) 9-12. ⁹¹⁶ vocem dominicam 7. 9-12. ⁹¹⁷ itaque ad arnolfum 5. arnolfum adiit 3. ⁹¹⁸ penetravit 5d. ⁹¹⁹ suo loco 5. ⁹²⁰ ottonem 5. ⁹²¹ per id tempus 5. ⁹²² juram 5. ⁹²³ alpes apenninas 3. ⁹²⁴ prioribus. ⁹²⁵ omnibusque 5. ⁹²⁶ tamen lædere 7. 9-12. ⁹²⁷ quæ solis ybicibus 3. ⁹²⁸ quæ semitis tantam pervia 6. ⁹²⁹ consertas acies 1-8. ⁹³⁰ classe et cum 3. ⁹³¹ sursum possent evehere et sic hionnam *deest* 1-3. 5. ⁹³² trahunt taliter 5c. e. ⁹³³ iterum classem Sequanæ 6. ⁹³⁴ immergunt. post 5c. e. ⁹³⁵ relinquentes in ennam 1. 2. r. in viennam. ⁹³⁶ disposuerant intrant 11. 12. ⁹³⁷ nequaquam *usque* quamquam *deest* 7.

NOTÆ.

(93) *Saint-Maurice* ad Rhodanum in Vallensium pago.

(94) Hæc igitur post Zuendibaldi obitum scripta sunt.
(95) *Yonne*.

runt, quanquam ⁹³⁸ omni laborum sudore, omniumque artium et machinamentorum ingenio id multipliciter pertentassent. Inter ⁹³⁹ ipsas vero obsidionum angustias Everhardus, ejusdem loci metropolita, vir totius sanctitatis et sapientiæ nitore fulgidus, corporeis vinculis absolutus, ad cælestem patriam transit; in cujus cathedra ⁹⁴⁰ sublimatus est Waltharius, nepos Waltharii Aurelianensis urbis episcopi, longe inferior prædecessor moribus, religione et philosophiæ studio.

DCCCLXXXIX.

Anno Domini incarnationis 889 ⁹⁴¹, gens Hungarorum ⁹⁴² ferocissima et omni belua crudelior, retro ante seculis ideo inaudita quia nec nominata, a Scythicis regnis ⁹⁴³ et a paludibus quas Thanais ⁹⁴⁴ sua refusione in immensum porrigit, egressa ⁹⁴⁵ est. Sed priusquam ipsius gentis acta crudelia stilo persequamur ⁹⁴⁶, non superfluum videatur, si de Scithiæ situ Scytharumque moribus historiographorum dictu sequentes, aliquid commemoremus. Scythia (96), ut aiunt, in orientem ⁹⁴⁷ extensa, includitur ⁹⁴⁸ ab uno latere Ponto, ab altero montibus Riphæis, a tergo Asia et Ithasi ⁹⁴⁹ (97) flumine. Patet autem multum in longitudinem et latitudinem. Hominibus hanc ⁹⁵⁰ inhabitantibus inter se nulli fines; perraro enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut tectum vel sedes est, armenta et pecora semper pascentibus; et per incultas ⁹⁵¹ solitudines errare solitis. Uxores liberosque secum in plaustis vehunt, quibus ⁹⁵² corris ⁹⁵³ imbrum hiemisque causa tectis ⁹⁵⁴ pro domibus ⁹⁵⁵ utuntur. Nullum scelus apud eos furto gravius, quippe sine tecti munimento pecora et armenta alimenta que habentibus ⁹⁵⁶ quid inter silvas superesset, si furari liceret? Aurum ⁹⁵⁷ et argentum non perinde ut reliqui mortales appetunt, venationum et piscationum exercitiis inserviunt (98), lacte et melle vescuntur. Lanæ his usus ac vestium ignotus ⁹⁵⁸, quanquam continuis frigoribus afficiantur, pellibus tantum ferinis ac murinis induuntur. Imperium (99) Asiæ ter quæsiere, ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti ⁹⁵⁹ aut in-

victi ⁹⁶⁰ mansere; nec virorum magis quam feminarum virtutibus claruere, quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque, femine autem eorum Amazonum regna condiderunt, prorsus ut res gestas virorum mulierumque considerantibus incertum sit, uter apud eos sexus illustrior fuerit ⁹⁶¹. Darium, regem Persarum, turpi a Scythia summoveverunt ⁹⁶² fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt, Alexandri Magni ducem Sopiriona ⁹⁶³ pariratione ⁹⁶⁴ cum universis copiis deleverunt; Romanorum audire, non sensere arma. Laboribus et bellis asperi, vires corporum ⁹⁶⁵ immense. Abundant vero tanta multitudine populorum, ut eos genitale solum non sufficiat alere. Septentrionalis (100) quippe plaga, quanto magis ab aestu solis remota est et nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum et propagandis gentibus coaptata; sicut et contra ⁹⁶⁶ omnis meridiana regio, quo solis est fervori vicinior, eo semper morbis abundat, et educandis minus est apta mortalibus: unde fit, ut tantæ populorum multitudines arcto ⁹⁶⁷ sub axe orientur, ut non immerito universa illa regio Thanai tenus ⁹⁶⁸ usque ad occidentum, licet et propriis loca in ea singula nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo Germania vocitetur. ⁹⁶⁹ Ab hac ergo populosa Germania sæpe innumerabiles ⁹⁷⁰ captivorum turmæ abductæ, meridianis populis pretio distrahuntur ⁹⁷¹; multæ quoque ex ea, pro eo quod tantos mortalium germinat ⁹⁷² quantos alere vix sufficit, frequenter gentes egressæ sunt, quæ nihilominus et partes Asiæ, sed maxime sibi contiguam Europam affligerunt. Testantur hoc ubique urbes erutæ per totam Illyricum ⁹⁷³ Galliamque, sed maxime miseræ Italiæ ⁹⁷⁴, quæ pene illarum omnium est gentium experta sævitiam.

Ex supradictis igitur locis gens memorata a finitimis sibi populis, qui Pecinani vocantur ⁹⁷⁵, a priis sedibus expulsa est, eo quod numero et virtute præstarent, et genitale, ut præmisimus, rus exuberante multitudine ⁹⁷⁶ non sufficeret ad habitandum. Horum itaque violentia effugati ad ex-

VARIE LECTIONES.

⁹³⁸ nequaquam eam obtinuerunt quanquam (7) 9. — 12 ⁹³⁹ Inter ipsas etc. *deest* 4. ⁹⁴⁰ cathedram 1 — 3. 5. ⁹⁴¹ DCCCCXXVIII. 7. 9 — 12. ⁹⁴² hungarium 2. ungarium 7. ⁹⁴³ ungariorum 9. 12. ⁹⁴⁴ scythis regnis 5c. scithis regnis 2. ⁹⁴⁵ tanais 5c. e. ⁹⁴⁶ præsequamur 5a. d. ⁹⁴⁷ oriente 1. 2. 4. 5. 7 — 12. ⁹⁴⁸ induitur 5. ⁹⁴⁹ itasi 8. 11. 12. ethasi 7. ⁹⁵⁰ latitudinem, omnibus hanc 2. 5a. d. ⁹⁵¹ per multas 5a. d. ⁹⁵² quibus *deest* 1 — 5a. d. 6 — 12. ⁹⁵³ carris imbrum 4. tecti 9 — 12. ⁹⁵⁴ hiemis causæ pro tectis domibusque 6. ⁹⁵⁵ habent. Aurum 5. quid nisi silva 7. præter silvas 4. quid illis 3. 3. quid eis superesset 8. quid superesset 9 — 1. ⁹⁵⁶ si figurari liceret aurum 2. ⁹⁵⁷ lanæ usus ac vestium ignari sunt 3. vestimentorum 7. ⁹⁵⁸ inacti 2. 7. ⁹⁵⁹ invisi 5d. — ⁹⁶⁰ illustrior sit 2. ⁹⁶¹ summa moverunt 2. 5d. ⁹⁶² zopyriona 5c. e. ⁹⁶³ patri ratione 2. ⁹⁶⁴ corporis 3. 5. ⁹⁶⁵ et econtra 5. ⁹⁶⁶ actos 1. archos 2 archos 2 archi 3. ⁹⁶⁷ thanaitenus *deest* 7. 9 — 12. regio a thanai fluvio 5. ⁹⁶⁸ germaniæ sepe annumerabitur 5c. 6. germaniæ sæpe innumerabitur 1. 2. 5a. d. germania nominetur 3. germaniæ sæpe nominetur 4. ⁹⁶⁹ vocabulo northmanniæ sæpe innumerabiles 7. ⁹⁷⁰ pretio traduntur 5. ⁹⁷¹ germinat 5a. d. ⁹⁷² illiriam 5. ⁹⁷³ misera italia 3. 6. ⁹⁷⁴ pecinati 2. pezinati 2. pezinati 6. pecenati 7. pecenaci 8 — 12. vocabuntur 7. ⁹⁷⁵ exuberante multitudine *deest*. 3.

NOTÆ.

(96) *Scythia ut aiunt usque induuntur* desumpta ex Justino, lib. II, cap. 2.

(97) *Ithasi*, lectio codicum Justini, pro quo Bon-gars induxit *phasi*.

(98) *Venditionum et piscationum exercitiis inser-*

viunt. Hæc desiderantur in Justino.

(99) *Imperium Asiæ usque corporum immense* ex Justino lib. II, cap. 3.

(100) *Septentrionalis usque experta sævitiam*, ex Pauli Diacon. Hist. Langob. lib. I.

das, quas possent incolere terras, sedesque statuere, valedicentes patriæ iter arripiunt. Et primo quidem Pannoniorum et Avarum ⁹⁷⁶ solitudines ⁹⁷⁷, pererrantes, venatu ac piscatione ⁹⁷⁸ victum cottidianum quærant; deinde Carantanorum, Marahensium ac Vulgarum ⁹⁷⁹ fines crebris incursionum infestationibus irrumpunt, perpauca gladio, multa milia sagittis interimunt; quas tanta arte ex corneis arcubus dirigunt, ut earum ictus vix præcaveri possit. Cominus (101) enim in acie præliari, aut obsessas expugnare urbes nesciunt. Pugnare autem ⁹⁸⁰ procurrentibus equis, aut terga dantibus, sæpe etiam fugam simulant; nec pugnare diu possunt. Cæterum intolerandi forent, si quantus est impetus, vis tanta et perseverantia esset. Plerumque in ipso ardore certaminis prælia ^B deserunt, ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, ut cum maxime vicisse te putes, tunc ibi discrimen subeundum sit. Quorum pugna, quo cæteris gentibus inusitata ⁹⁸¹, eo et periculosior. Inter horum et Brittonum conflictum hoc unum interest, quod illi missilibus, isti sagittis utuntur. Vivunt non hominum sed beluarum more. Carnibus siquidem ⁹⁸², ut fama est, crudis vescuntur, sanguinem bibunt, corda hominum quos capiunt particulatim dividentes veluti pro remedio devorant, nulla miseratione flectuntur, nullis pietatis visceribus commoventur. Capillum usque ad cutem ferro cædunt ⁹⁸³. Equis (102) omni tempore vectantur; super illos ire, meditari, consistere ac colloqui solent. Liberos (103) ac servos suos equitare et ⁹⁸⁴ sagittare magna industria docent. Ingenia (104) illis tumida, seditiosa, fraudulenta, præcocia. Quippe eandem ferocitatem feminis quam viris adsignant, semper in externos aut in domesti-

cos motus inquieti, natura taciti, ad faciendum quam ad dicendum promptiores ⁹⁸⁵. Hujus igitur nefandissimæ gentis crudelitate non solum memoratæ regiones, verum etiam Italiæ regnum ex permaxima parte devastatum est.

Eodem anno Nordmanni a Senonica urbe recedentes, denuo Parisius cum omnibus copiis devenerunt. Et cum illis descensus ⁹⁸⁶ fluminis a civibus omnino inhiberetur, rursus castra ponunt, civitatem totis viribus impugnant, sed Deo, opem ferente, nihil prævalent. Transactis paucis diebus, iterum Sequanam cum classe ascendunt, et matronam fluvium ingredienti, Treca civitatem incendio cremant, et usque Virdunensem ⁹⁸⁷ ac Tullensem urbes cuncta circumquaque depopulantur ⁹⁸⁸.

His ⁹⁸⁹ etiam diebus Liudpertus, Magontie urbis præsul, rebus ⁹⁹⁰ humanis sublatus est, in cuius loco subrogatus est Sunzo ⁹⁹¹, vir religiosus ac simplex, sacris litteris sufficienter imbutus ⁹⁹², qui in Vulda ⁹⁹³ monasterio sub regimine abbatis ab ineunte ætate nutritus et conversatus ⁹⁹⁴ fuerat, annitente ⁹⁹⁵ Boppone ⁹⁹⁶ Thuringorum duce, et Arnolfo rege annuente.

DCCCXC.

Anno Dominicæ incarnationis 890 ⁹⁹⁷, Arnolfus rex concessit Zuendiboldo ⁹⁹⁸, Marahensium Sclavorum regi, ducatum Behemensium, qui hactenus principem suæ cognationis ac gentis super se habuerant, Francorumque regibus fidelitatem promissam inviolato fœdere conservaverant ⁹⁹⁹, eo quod illi antequam in regni fastigio sublimaretur, familiaritatis gratia fuerit connexus: denique filium ejus, quem ex pellice susceperat, a sacro fonte levavit, eumque ex nomine suo Zuendibold appellari fecit. Quæ res non modicum discordiarum et defectionis præbuit incita-

VARIE LECTIONES.

⁹⁷⁶ pannoniorum et viarum s. 7. ⁹⁷⁷ avarorum solitudinem 7. ⁹⁷⁸ ac piscatione 2. 5a. d. 9 — 12. ⁹⁷⁹ bulgarum 4. 5. 7. 8. ⁹⁸⁰ pugnant aut 2. ⁹⁸¹ inusitator 4 — 6. ⁹⁸² siquidem *deest* 2. 5. ⁹⁸³ Equis omni tempore vectantur *deest in codicibus æque ac editionibus omnibus; codex 1 habet capillum usque ad cutem tari ac colloqui solent; 2. capillum usque ad vitem tari ac colloqui; 3. caballos supra modum tempari solent; de 6 nihil prolatum ideo cum 5. 7. 9. 10. 11. 12. legere censendus est capillum neque ad cutem ferro cædunt, super illos ire, meditari, consistere ac colloqui solent; 3 capillos usque ad verticem ferro cædunt. Super illos ire, consistere, metari ac colloqui solent; 8. demum capillum usque ad cutem ferro cædunt, super equos ire, consistere, colloqui et meditari solent. Quam annalistarum Saxonis lectionem, quæ levissima mutatione textui medelam adferre videtur, quominus recipiam, obstat, quod Reginonis verba ab annalista non ita sincera exscribi, sed plerumque contrahi immutarive soleant, Cum igitur et vox illos in integra Justini sententia reperiatur, ac non unum vocabulum corruptum sed plura hoc loco excidisse codicum discrepantia ostendat, ex ipso Justino remedium peti. Nec tamen, Reginonis in adoptandis aliorum verbis consilium spectans, integram Justini sententiam recipiendam censui, quæ enim voces.» Equis omni tempore vectantur « excipiunt » illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt « an in Ungaros quoque quadrarent, valde dubitabam. Cæterum Justini editiones non meditari sed mercari habent, cui codicis 4: (Ann. Mettensium) metari proxime accedit: meditari autem genuinam et Justini et Reginonis lectionem esse, ipse sententiarum nexus satis superque evincit. ⁹⁸⁴ equitare ac 1 — 3. 5. 6 7. ⁹⁸⁵ promptiores 1. 5. 6 7. ⁹⁸⁶ decursus 1 — 3. 5. ⁹⁸⁷ virdunensem 5. virdunensem 2. ⁹⁸⁸ depopulantes 2. 5. ⁹⁸⁹ His etiam diebus etc. *deest* 4. ⁹⁹⁰ præsul e rebus 1 — 3. 5. ⁹⁹¹ sinzo 7. ⁹⁹² suff. instructus 1 — 3. 5. ⁹⁹³ in fulda. 3. 5. 8 — 12. ⁹⁹⁴ conversatus est 5. ⁹⁹⁵ fuerat annitente *deest* 1 — 3. 5. 8 — 12. ⁹⁹⁶ boppone 2. boppone 1. popone 3. 6. boppone 7. poppone 5. 8 — 12. ⁹⁹⁷ DCCCXI. 7. ⁹⁹⁸ zuendibolch 1. zundeboldus, zundibolch, zundibohle 2. cendebolt 3. zundebolch, zundeboldus 5. zuendiboldus, zuendibolche 7. zuentibolh, zuentibolcus 4. zuendibolth, zuendibole 8. zundebolch, zendibolch, zuendibolch 9 — 12. ⁹⁹⁹ conservaverunt 5a. d.*

NOTÆ.

(101) Cominus usque subeundum sit, ex Justini lib. XII, c. 2.

(102) Equis usque solent, ex Justini lib. XII, c. 3.

(103) Liberos usque docent, ibid. cap. 2.

(104) Ingenia usque dicendum promptiores, ibid. cap. 3, ubi tamen legitur: Quippe violentiam viris, mansuetudinem mulieribus adsignant.

mentum. Nam et Behemi ¹⁰⁰⁰ a fidelitate diutius custodia recesserunt, et Zuendibold ex adiectione alterius regni vires non parvas sibi accessisse sentiens, fastu superbiæ inflatus, contra Arnolfum rebellavit. Quod cum cognovisset Arnolfus, cum exercitu regnum Marahensium ingressus, cuncta quae extra urbes reperit, solotenus demontus est. Ad ultimum cum ¹⁰⁰¹ et cæteræ fructiferæ arbores radicitus exciderentur, Zuendibold pacem poposcit ¹⁰⁰², et dato filio obside, hanc ¹⁰⁰³ sero promeruit.

Per idem ¹⁰⁰⁴ tempus Nordmanni a Matrona fluvio exeuntes, Parisius revertuntur, et quia omnimodis ¹⁰⁰⁵ descensus fluminis per pontem ¹⁰⁰⁶ prohibebatur, tertio castra locant, et iterato certamine prædictam urbem impugnant. Sed civibus, qui ¹⁰⁰⁷ ac vigiliarum laboribus induruerant, et assiduis bellorum conflictibus exercitati erant, audaciter ¹⁰⁰⁸ reluctantes, Nordmanni, desperatis rebus, naves per terram cum magno sudore trahunt, et sic alveum repetentes, Britanniae finibus classem trajiciunt. Quoddam castellum in Constantiensi ¹⁰⁰⁹ (105) territorio, quod ad sanctum Loth (106) dicebatur, obsident, et accessum ad fontem aquæ ex toto prohibentes, oppidanis siti arescentibus, fit deditio, eo pacto ut, vita tantum concessa, cætera tollerent. Illis a munitione progressis, gens perfida fidem et promissa data prophanat ¹⁰¹⁰, omnesque absque respectu jugulat; inter quos episcopum Constantiensis ecclesiae interimunt.

Erat tunc temporis inter Alanum et Indicheil, ¹⁰¹¹ Brittonum, non parva de partitione regni dissensionum controversia. In hoc ergo schismate ¹⁰¹² et divisione, non tantum terrarum quantum mentium ¹⁰¹³, pagani Brittones reperientes, super eos fiducialiter irruunt. Illi dum privatim singulorum, non commune universorum ¹⁰¹⁴ bellum ducunt, et auxilium ferre alter alteri recusant, quasi victoria unius non omnium foret, graviter ab hoste læduntur; cæduntur passim; et usque ab Blavittam ¹⁰¹⁵ (107) fluvium omnium eorum possessio diripitur. Tunc primum intelligentes, quantam sibi perniciem, quantas adversariis vires discordia administraret ¹⁰¹⁶; per internuntios se invicem confirmant, tempus et locum eundi indicant ¹⁰¹⁷, bellumque communibus viribus construunt. Itaque Judicheil qui erat adolescentior, cupiens gloriam nominis sui ¹⁰¹⁸ exaltare,

A non expectato Alano cum sociis, prælium conserit, multa milia hostium cædit, reliquos in quendam vicum fugere compulit. Quos cum ultra quam oporteret improvide persequeretur, ab ipsis extinguitur, gnarus quia vincere ¹⁰¹⁹ bonum ¹⁰²⁰ est, supervincere non est; periculosa est enim desperatio. Post hæc Alanus, coadunata omni Britannia, tale votum vovit, ut si adversarios per divinam virtutem posset superare, decimam partem omnium honorum suorum Deo et sancto Petro Romam destinaret. Omnibus autem Brittonibus idem votum spondentibus ad pugnam procedit, et commisso prælio tanta strage hostes fudit ¹⁰²¹, ut vix quadringenti viri ex quindecim ¹⁰²² milibus ad classem repedarent.

Hæc ¹⁰²³ tempestate sanctissimo et in divinis humanisque rebus prudentissimo Williberto episcopo ab hac luce subtracto, Herimannus ¹⁰²⁴, venerabilis vir, per electionem cleri ac ¹⁰²⁵ plebis ecclesiae Coloniensi præficitur. Circa hæc etiam ¹⁰²⁶ tempora Salomon ¹⁰²⁷, Constantiensis ecclesiae antistes, recessit a sæculo; in ejus loco successit Salomon, qui hac ætate abbatiam sancti Galli tenebat vir non solum nobilitate verum etiam prudentiæ ac sapientiæ virtutibus, insignitus, qui præfate urbis tertius ejus ¹⁰²⁸ nominis dignoscitur esse pontifex.

DCCCXCJ.

Anno Domini incarnationis 891 ¹⁰²⁹, Nordmanni duobus continuis præliis in Britannia graviter attriti, in regnum Hlotharii classem transferunt, et castris metatis ¹⁰³⁰, prædas exercent. Contra quos Arnolfus rex exercitum dirigit, jubetque super Mosam tentoria figere, transitumque fluminis hostibus prohibere. Sed antequam exercitus in unum colligeretur ad condictum locum juxta castrum Trajectense (108), Nordmanni superiora tenentes, circa Leodium Mosam transierunt, et hostilem expeditionem a tergo relinquentes, in sylvis et paludibus Aquis palatio contiguus dispergantur; obvios quosque perimunt plurima ¹⁰³¹ plaustra vehicula, in quibus alimenta exercitui deferebantur, capiunt. Quæ fama cum ad exercitum pervenisset, qui jam ipse ipso die nativitate sancti Johannis baptistæ pene ¹⁰³² in unum convenerat ¹⁰³³, non tam tremor quam stupor mentes omnium occupavit. Principes vero ¹⁰³⁴ concione convocata, non tam de periculo quam de re dubia consu-

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰⁰⁰ behemi 4. 4. 7—12. beheimi 2. behemani 3. bohemi 5. boemi 8—12. ¹⁰⁰¹ ultimum ne ceteræ 5. ultimum et ceteræ 1. 2. 9—12. ultimum tunc et c. 7. ultimum et c. f. a. cum radicitus 6. ¹⁰⁰² pacem poposcit 5. ¹⁰⁰³ hanc pacem 5. ¹⁰⁰⁴ id 5. ¹⁰⁰⁵ omnimodus 91. 3. 5. ¹⁰⁰⁶ per pontem *deest* 3. ¹⁰⁰⁷ civibus, continuis enim operum 5. ¹⁰⁰⁸ audacter 7—12. ¹⁰⁰⁹ constantinensi... constantinensis 7. 9—12. ¹⁰¹⁰ violat 7—12. ¹⁰¹¹ ducibus 2. 3a. d. ¹⁰¹² scismate 7. 9—12. ¹⁰¹³ montium 5c. e. ¹⁰¹⁴ commune omnium d. b. 7. 9—12. ¹⁰¹⁵ usque blavillam 1. blavitam 3. 5. blavertam 7. ¹⁰¹⁶ administraretur 5a. d. ¹⁰¹⁷ locum ei indicunt 5. ¹⁰¹⁸ sui nominis 7. 9—12. ¹⁰¹⁹ ignarus cui vincere 5. ¹⁰²⁰ supervincere bonum non 5. ¹⁰²¹ effudit 4. 5. ¹⁰²² ex XII. 3. 7. 9—12. ¹⁰²³ hac tempestate... pontifex *deest*. 4. ¹⁰²⁴ hermannus 1. 5. ¹⁰²⁵ cleri ac *deest* 7. ¹⁰²⁶ etiam *deest* 5. ¹⁰²⁷ salemon 3. ¹⁰²⁸ ejusdem 7. 9—12. hujus 2. 5. ¹⁰²⁹ DCCCXC. 2. 9. 11. 12. ¹⁰³⁰ castra metati 5. 6. 7. 9—12. ¹⁰³¹ plurima *deest* 4. 5. ¹⁰³² pene *deest* 6. bene 7. ¹⁰³³ convenerant 1. 5. 7. 9—12. ¹⁰³⁴ vero *deest* 1. 2.

NOTÆ.

(105) *Coutances*.
(106) *Saint-Lô*.

(107) *Blavel*, in cuius ostio *Saint-Louis et Laurent*.
(108) *Mastricht*.

lunt, incerti utrum (109) Ribuariorum¹⁰³⁵ fines intrantes Coloniam tenderent, aut¹⁰³⁶ per Prumiam transeuntes Treveris¹⁰³⁷ dirigerent gressum¹⁰³⁸, vel certe congregatam adversum se multitudinem¹⁰³⁹ pertimescentes, transvadata Mosa ad classem festinarent. Inter hæc nos superveniens, conventum solvit. Postera die cum aurora radios suæ lucis representaret¹⁰⁴⁰, omnes armantur, et levatis vexillis per descensum fluminis¹⁰⁴¹ expediti¹⁰⁴² ad pugnam gradiuntur¹⁰⁴³. Cumque torrentem qui Gulia¹⁰⁴⁴ (110) dicitur transissent, acies pariter substituerunt; dehinc deliberant, ne omnis exercitus incassum fatigaretur, quod¹⁰⁴⁵ unusquisque procerum duodecim ex suis mitteret, qui in unum agmen redacti hostes investigarent. Hæc sermoinantibus subito¹⁰⁴⁶ apparuerunt speculatores Nordmannorum. Quos cum omnis multitudo, inconsultis ducibus, confuso ordine insequeretur, peditum turmas in quadam villula¹⁰⁴⁷ offendit¹⁰⁴⁸, qui in unum conglobati, facile sparsim supervenientes repellunt, atque retrorsum redire cogunt. Deinde perstreptibus secundum morem pharetris, clamor in cœlum tollitur, pugna committitur. Equites Nordmannorum, audito clamore, summa cum festinatione advolant, et ingravato¹⁰⁴⁹ prælio Christianorum exercitus, peccatis facientibus. heu proh dolor! terga vertit. In quo prælio episcopus Magontiacæ¹⁰⁵⁰ urbis, Sunzo, et Arnolfus comes occubuerunt, necnon innumera multitudo nobilium virorum. Nordmanni, patrata victoria, castra divitiis omnibus¹⁰⁵¹ referta invadunt, et trucidatis quos in bello ceperant, onerati præda ad classem revertuntur. Fuit vero hæc cædes facta 6 Kalendas Julii¹⁰⁵².

Dum hæc aguntur, Arnolfus rex in Bajoariorum extremitatibus morabatur, insolentiam Sclavorum reprimens; cui cum nuntiata esset suorum strages hostiumque victoria, primo pro amissis fidelibus nimium tristatur¹⁰⁵³, et querelam cum gemitu deponit, quod Franci, eotenus¹⁰⁵⁴ invicti adversariis terga darent: deinde indignitatem rei animoso in pectore versans¹⁰⁵⁵, in hostem accenditur, et congregato ex orientalibus regnis exercitu, mox Rhe-

no transmissis, circa litora Mosæ castra statuit. Interjectis diebus Nordmanni ex superiori pugna elati, cum omni virtute ad deprædandum proficiscuntur; contra quos rex cum expeditis ad pugnam procedit. Illi cernentes acies appropinquare, super fluvium qui Thilia (111) dicitur, ligno et terræ congerie more solito se communiunt, et cachinnis et exprobrationis agmina lacescunt, ingeminantes cum insultatione et derisu, ut memorarentur Guliæ, turpisque fugæ, cædisque patratae, post modicum similia passuri. Rex, felle commotus, exercitum jubet descendere, et pedestri congressione cum adversariis decertare¹⁰⁵⁶. Qui dicto citius ab equis desilientes, clamore exhortationis dato, præsidium inimicorum irrumpunt, et Deo vires coelitus ministrante, eos usque ad internicionem¹⁰⁵⁷ ferro cædunt, terræque prosternunt, ita ut ex innumerable multitudo vix residuus esset qui ad classem adversum nuntium reportaret. Rebus, feliciter gestis, Arnolfus in Bajoariam revertitur.

Eodem¹⁰⁵⁸ anno Hatto¹⁰⁵⁹, venerabilis abba, in Magontiacensi ecclesia metropolitanus¹⁰⁶⁰ consecratur, qui hactenus in Augio monasterio multorum pater extiterat¹⁰⁶¹ monachorum.

DCCCXCII.

Anno Dominicæ incarnationis 892¹⁰⁶², mense Febuario, Nordmanni qui ad naves remanserant, Mosam transeuntes Ribuariorum pagum ingressi sunt, et¹⁰⁶³ secundum crudelitatem sibi ingentiam cuncta devorantes, pervenerunt usque Bunnam¹⁰⁶⁴. Inde digressi, occupaverunt quandam villam que Landulfesdorf¹⁰⁶⁵ (112) nominatur¹⁰⁶⁶, ubi occurrit eis exercitus Christianorum, sed nihil dignum quod¹⁰⁶⁷ virtuti adscribatur egit. Nocte superveniente, recesserunt Nordmanni a jamdicta villa et formidantes hostilem impetum, nequaquam ausi sunt se committere planioribus atque campestribus¹⁰⁶⁸ locis, sed silvas semper tenentes, exercitum vero a læva post tergum relinquentes, quanta poterant velocitate ad Prumiam¹⁰⁶⁹ monasterium aciem dirigebant, ipsisque jam jamque¹⁰⁷⁰ irruentibus, abba et congregatio fratrum vix fuga dilapsi sunt. At Nordmanni

VARIE LECTIOES.

¹⁰³⁵ rubuariorum 7. ¹⁰³⁶ ut 4. 5a. d. ¹⁰³⁷ treveros 5. treverim 7. 8. 9. 10. 12. prumia 2. ¹⁰³⁸ gressum dirigerent 7—12. ¹⁰³⁹ congregata... multitudine 1. 2. 3. 4. 5. 11. ¹⁰⁴⁰ aurora illucesceret 7. 9—12. ¹⁰⁴¹ fluminis ex spe 6. ¹⁰⁴² expediti *deest* 1—5. 8. ¹⁰⁴³ pugnam procedunt 7—12. ¹⁰⁴⁴ gulib. 5. jugila 3. ¹⁰⁴⁵ fatigaretur ut u. 2. 6. 8. fat. sed u. 7. 9—12. ¹⁰⁴⁶ subito *deest* 7—12. ¹⁰⁴⁷ quandam villulam 1. 2. quandam villam 3. ¹⁰⁴⁸ insequerentur... offendunt 5. ¹⁰⁴⁹ etgravato 7. 9—12. ¹⁰⁵⁰ moguntie 5. magontinæ 7. ¹⁰⁵¹ omnibus divitiis 1. 2. ¹⁰⁵² VII^o Kal. 7—12. ¹⁰⁵³ contristatur 7—12. ¹⁰⁵⁴ eotenus 1. 3. 4. 5. ¹⁰⁵⁵ rei animo versans 7—12. ¹⁰⁵⁶ decertari 2. 4. 5a. d. 9—12. ¹⁰⁵⁷ internicionem irrumpunt 6. ¹⁰⁵⁸ eodem... monachorum *deest* 4. ¹⁰⁵⁹ hattho 2. atho 7. hatho 9. atto 10. ¹⁰⁶⁰ metropolitana 2. 9—12. ¹⁰⁶¹ extitit 5. 7. 9—12. ¹⁰⁶² DCCCXCI. 10. ¹⁰⁶³ ingressi et 4. 5. ¹⁰⁶⁴ bonnam 5. usque ad bunnam 7. 9—12. ¹⁰⁶⁵ landulfesdorph 1. landulfestorph 2. landolfasdorf 7. landuluestorph. 4 landulfestorp 8. landolfesdorf 9. 11. 12. landotesdorf 10. landolfesdorff 3. ¹⁰⁶⁶ dicitur 5. ¹⁰⁶⁷ quid virtuti 3d. ¹⁰⁶⁸ planioribus et camp. 7—12. pl. vel camp. 8. ¹⁰⁶⁹ prumie 2. 3 4. ¹⁰⁷⁰ jamque *deest* 5.

NOTÆ.

(109) Incerti utrum (*scil.* Nordmanni) Ribuariorum, etc.

(110) Prope Marsnam Mosam influit, *die Geule*.

(111) Dyls.

(112) Honthemius hodiernum Leudesdorff contra Andernacum ad dextram Rheni ripam esse putat (*Hist. Trevir.* I, p. 220 a); sed ex loco nostro in sinistra ripa quaerendum crediderim.

monasterium ingressi, omnia depopulati sunt, et quosdam ex monachis interficientes, plurimamque familiam trucidantes, reliquos captivos duxerunt ¹⁰⁷¹. Inde exeuntes Arduennam intrant, ubi quoddam castrum in quodam præeminenti monte noviter constructum, in quod ¹⁰⁷² innumera multitudo vulgi confugerat, adgrediuntur et absque mora expugnant; interfectisque ¹⁰⁷³ omnibus, cum ingenti præda ad classem redeunt, oneratisque navibus cum omnibus copiis transmarinas repetunt regiones.

Per ¹⁰⁷⁴ idem ¹⁰⁷⁵ tempus Farabertus, abbas Prumiensis cœnobii, curam pastoralem sua sponte per concessum regis deposuit, et ego, quamvis indignus, secundum regularem auctoritatem per electionem fratrum in regimine successi; in quo tamen ¹⁰⁷⁶ non diutius immoratus, æmulis agentibus, Richarium, fratrem Gerhardi et ¹⁰⁷⁷ Mathfridi ¹⁰⁷⁸, invidiosum mei negotii successorem sustinui. Obsecro ¹⁰⁷⁹ autem ne lectori onerosum videatur, si rem ab origine repetam, et qualiter hujusmodi negotium ad effectum perductum fuerit, simplici sermone pandam. Absurdum enim videtur, ut qui aliorum ¹⁰⁸⁰ actiones et rerum gestarum causa explanare proposui, negotium quod ad me pertinet, silentio prætermittam ¹⁰⁸¹,

(*Multa desunt.*)

præsertim poplitibus ¹⁰⁸² veniam posco lectori ¹⁰⁸³, eo quod verbosus in hac relatione, ultra quam decuit, extiti. Necessitas enim compulit ¹⁰⁸⁴, ut non solum facta, sed etiam dicta in ordine ¹⁰⁸⁵ ponerem, propter invidentium et adversantium calumniosam querelam.

Hæc de retroactis causis transcursisque temporibus ex multis pauca commemorasse sufficiat. Nam de modernis temporibus idcirco reticere disposuimus, quia si veritatem rerum gestarum ad liquidum stylo executi fuimus, proculdubio odium et offensam ¹⁰⁸⁶ quorundam, qui adhuc superstites sunt incurremus; si autem a veritate recedentes aliter quam causa se habeat scripserimus, nihilominus adulationis et mendacii notam incurremus, quia

omnibus penes res cognita est. Posteris ergo hoc latius ¹⁰⁸⁷ explanandum relinquimus; sed ne hæc per omnia intacta præterisse culpemur ¹⁰⁸⁸, res tantum gestas ex parte summatim annotare curabimus.

Igitur anno supra memorato, mense Julii, Waltgarius ¹⁰⁸⁹ comes, nepos ¹⁰⁹⁰ Odonis ¹⁰⁹¹ regis, filius scilicet avunculi ejus Adalhelmi ¹⁰⁹², adversus eundem regem cum consilio quorundam rebellionis arma levavit, Lugdunum Clavatum ingressus ¹⁰⁹³, omni annisu regie potestati contraire nititur ¹⁰⁹⁴. Quod cum Odo ¹⁰⁹⁵ cognovisset, civitatem obsidione cinxit, quam absque mora in deditionem recepit. Deinde omnibus primoribus qui tunc ibi aderant, adjudicantibus, eundem Waltgarium ¹⁰⁹⁶ decollari jussit, eo quod in conventu publico contra regem et dominum suum gladium evaginasset. Post hæc in Aquitaniam proficiscitur contra ramunulfum ¹⁰⁹⁷ et fratrem ejus Gozbertum ¹⁰⁹⁸, et Ebulonem ¹⁰⁹⁹ abbatem de sancto Dionysio, et alios nonnullos qui ejus imperiis obtemperare renuebant, ut eorum insolentiam reprimeret.

Item eodem anno mense Augusto, 3 Kalendas ¹¹⁰⁰ Septembr. ¹¹⁰¹ Megingaudus ¹¹⁰² comes, nepos supradicti Odonis regis, dolo interfectus est ab Alberico ¹¹⁰³ et sociis ejus in monasterio sancti Xysti quod vocatur Rotila ¹¹⁰⁴ (113); cujus corpus ¹¹⁰⁵ Treverim deportatum, apud sanctum Maximinum est sepultum.

Per idem tempus Arnt ¹¹⁰⁶, Wirzburgensis ecclesie venerabilis episcopus, hortatu et suasione Popponis, Thuringorum ducis, ad pugnam contra Sclavos profectus, in eadem pugna occiditur; cujus cathedram Ruodulfus ¹¹⁰⁷, licet nobilis stultissimus tamen, frater scilicet ¹¹⁰⁸ Chuonradi et Gebehardi comitum obtinuit, et ei in episcopatu successit.

Arnolfus Zuendiboldo filio honores Megingaudi ¹¹⁰⁹ comitis ex parte largitur.

Boppo ¹¹¹⁰, dux Thuringorum ¹¹¹¹, dignitatibus exspoliatur, et ducatus quem tenuerat Chuonrado commendatur, quem paucis tempore tenuit, et sua

VARIE LECTIONES.

¹⁰⁷¹ abduxerunt 4. 5. ¹⁰⁷² in quo 1—5. ¹⁰⁷³ interfectis 1. 2. 5. 9—12. ¹⁰⁷⁴ per idem usque annotare curabimus *deest* 4. ¹⁰⁷⁵ per id. 5. ¹⁰⁷⁶ in quo tamen usque sustinui *deest* 1. 2. 3 (4). 6. ¹⁰⁷⁷ gerardi et mathfridi 7. gerardi et mathfredi 10. gerardi et *deest* 9. 12. gerardi *deest* 11. geuchardi 8. ¹⁰⁷⁸ mathfridi 5c. e. 8. ¹⁰⁷⁹ obsecro usque calumniosam querelam *deest* 7—12. ¹⁰⁸⁰ quia aliorum 1. 3. 5. ¹⁰⁸¹ prætermittam. Post hanc vocem totam de Reginonis electione et depositione narrationem excidisse, præterita decuit, extiti, compulit, ponerem, in sententia eam excipiente usurpata clare indicant ¹⁰⁸² poplite flexo 3. ¹⁰⁸³ lectoris 1. 5. ¹⁰⁸⁴ enim exigit 5c. e. com.... 2. compulit *deest* 5c. d. ¹⁰⁸⁵ ordine dicam 2. 5. ¹⁰⁸⁶ offensam incurremus q. 7. 9—12. ¹⁰⁸⁷ latius hoc 7. 9—12. ¹⁰⁸⁸ præterisse videamur vel culpemur 7. præterisse videamur 9—12. ¹⁰⁸⁹ waltharius 5. ¹⁰⁹⁰ ottonis 5. ¹⁰⁹¹ nepos ruodolfi regis 7. 9—12. ¹⁰⁹² adalhelmi 2. ¹⁰⁹³ lugdunum tum ingressus 5. ¹⁰⁹⁴ omni nisu regionis arma levavit et lugdunum clavatum ingressus omni nisu regie 7. ¹⁰⁹⁵ cum odo 7. ¹⁰⁹⁶ walgarium 5. ¹⁰⁹⁷ ramnulfum 2. 5. 12. arnulfum *al.* ranulfum 7. ¹⁰⁹⁸ gozbertum ebulonem 5c. e. ¹⁰⁹⁹ ebulonem 9—12. ¹¹⁰⁰ augusto 5. Kal. *deest* 2. 5. ¹¹⁰¹ 5. kal. septemb. *deest* 6. ¹¹⁰² megingaudus 5. ¹¹⁰³ albrico 2. ¹¹⁰⁴ rotilla 1. 2. 5. rottilla 7—12. ¹¹⁰⁵ cujus corpus usque sepultum *deest* 1—4. ¹¹⁰⁶ arnt 7—12. arnt *etc.* usque successit in cod. 8. ad annum 889 referuntur ¹¹⁰⁷ rodulfus *cod. Fris.* ¹¹⁰⁸ licet n. st. tamen *deest* 1—4. 6. scilicet *deest* 1—6. Chuonradi comitis 1—4. 6. ¹¹⁰⁹ meginhardi comitis 7. 9—12. ¹¹¹⁰ poppo 3 5. 7—12. popo 4. ¹¹¹¹ duringorum sæpius 7.

NOTÆ.

(113) Videtur esse *Rethel* ad Mosellam; Browerus enim *Ann. Trev.* II, n. 28; ad Moselle ripam proxime Sircium (*Siereck*) situm dicit.

sponte ¹¹¹² eum reddidit. Deinde Buchar^o ¹¹¹⁸ co- A
mⁱti committitur, qui hunc ¹¹¹⁴ hactenus strenue
¹¹¹² gubernat.

Odone rege in Aquitania commorante, Franco-
rum principes ex permaxima ¹¹¹⁶ parte ab eo de-
ficiunt, et agentibus Folcone ¹¹¹⁷ episcopo ¹¹¹⁸, He-
riberto ¹¹¹⁹ (114) et Pippino comitibus, in Remo-
rum civitate Carolus filius Hludowici, ex Adalheide
¹¹²⁰ regina, ut supra meminimus, natus, in regnum
elevatur (115).

DCCCXCIII.

Anno Dominicæ incarnationis 893 Arnolfus Ba-
joaria ¹¹²¹ egressus Franconofurt venit, et Rhenum
transiens, civitates quæ in regno Hlotharii sunt ex
maxima parte circumvit, in quo itinere ingentia B
dona illi ab episcopis oblata sunt.

Odo, compositis rebus in Aquitania, in Fran-
ciam revertitur, et cum Ruodberto ¹¹²² fratre Caro-
lum fugat, defectoresque ¹¹²³ persequitur.

Ebulo, abba de sancto Dionysio, cum quoddam
castrum in Aquitani situm ardentius expugnaret,
ictu lapidis perit, monasterium sancti Dionysii
Odo ad suum servitium revocat.

Carolus vires Odonis ferre non valens, patroci-
nia Arnolphi supplex exposcit. Æstivo siquidem ¹¹²⁴
tempore jam dictus rex conventum publicum Wor-
matia ¹¹²⁵ civitate celebravit, ubi Carolus venit,
et Arnolfum ¹¹²⁶ magnis ¹¹²⁷ muneribus sibi con-
ciliat, regnumque quod usurpaverat, ex ejus manu
percepit. Jussum est etiam ¹¹²⁸, ut episcopi et co-
mites qui circa Mosam residebant, illi auxilium C
ferrent, et eum in regnum inducentes, in sede re-
gia inthronizarent. Sed neutrum horum illi quic-
quam profuit ¹¹²⁹. Denique Odo rex hoc ¹¹³⁰ au-
diens, cum exercitu super ripam Axani (116) flu-
minis sedit, et copias Arnolphi intrare in re-
gnum ¹¹³¹ nullatenus permisit. Duces regis, cer-
nentes Odonem viriliter paratum esse ad pugnam
¹¹³², ab eo declinaverunt ¹¹³³, et ad propria re-
versi sunt. Carolus autem ¹¹³⁴ in Burgundiam se-
cessit, et Odonem Parisius revertente, rursus regni
fines ¹¹³⁵ occupat, Odonis fideles insectatur: si-
cque alternatim ¹¹³⁶ ex utraque parte multi pe-
reunt, ingens malitia, innumerabiles rapinæ et as-
siduæ prædæ fiunt.

VARLÆ LECTIONES.

¹¹¹² tenuit quia sponte sua 9—12. ¹¹¹³ burkardo 11. 12. ¹¹¹⁴ qui eum 5. 6 ? 7 — 12. ¹¹¹⁵ qui eum
aliquandiu strenue 8. ¹¹¹⁶ ex maxima 3. 7. ¹¹¹⁷ falcone 5. ¹¹¹⁸ archiepiscopo 2. 4. 5. 7—12. ¹¹¹⁹ he-
riperto 7. ¹¹²⁰ adelheide 5. ¹¹²¹ bajoariam 5. ¹¹²² rodoberto 5. ¹¹²³ defectores 2. 4. 5a. d. ¹¹²⁴ si-
quidem *deest* 1. 2. 6. ¹¹²⁵ womatia 5c. e. ¹¹²⁶ arnolfum multis sibi muneribus 7. 9 — 12. ¹¹²⁷ multis
8. ¹¹²⁸ jussum est enim etiam 1. 2. 6. ¹¹²⁹ præfuit 2. ¹¹³⁰ hoc *deest* 5. ¹¹³¹ arnolphi regnum intrare 7.
9—12. ¹¹³² ad pugnam esse paratum 7. 9—12. ¹¹³³ declinarunt 1. autem *deest* 2. 3. ¹¹³⁴ fines
regni 1. 2. ¹¹³⁵ et sic alternatim 2. ¹¹³⁶ DCCCXCIII. 9—12. ¹¹³⁷ civitatis ante portam urbis 7. (8) 9—12.
¹¹³⁸ conversus est 1. 5. ¹¹³⁹ et sanctam usque m. pervenit 1—3. 5. ¹¹⁴⁰ rodulfo 3. 5. 6 ? ¹¹⁴¹ se iocis
7. 9—12. ¹¹⁴² Juram 1 ? 3 ? 5. 6 ? ¹¹⁴³ hæc *deest* 5. ¹¹⁴⁴ ibi 2. 6. ubi 4. ¹¹⁴⁵ suum *deest* 1. 2. 4. 6.
¹¹⁴⁶ lorassam 3. lauresham 7. lauresheim 8—12. ¹¹⁴⁷ irmingarde 7. 9—12. ¹¹⁴⁸ lampertus 5a. c. e. lam-
bertus 5d.. ¹¹⁴⁹ ejusdem 7. ¹¹⁵⁰ apostolicæ ei imponi 5. ¹¹⁵¹ apud s. coram a. nollo 1 5c. e. ¹¹⁵² cre-
misse 6. ¹¹⁵³ temporis 1. 5. ¹¹⁵⁴ redit. 2. ¹¹⁵⁵ cœpit 2. 5a. d. ¹¹⁵⁶ ungaris 3. 7.

NOTE.

(114) Heribertus et Pippinus nepotes Bernardi,
regis Italiæ, fuerunt.

(115) Carolus rex coronatus est die 28 mensis
Januarii anni 893. Non advertit Regino auctorem a

DCCCXCIV.

Anno Dominicæ incarnationis 894 ¹¹³⁷ Arnolfus
cum valido exercitu Langobardarum terminos in-
travit, et circa purificationem sanctæ Mariæ castrum
quod nuncupatur Pergamum, armis cepit, et Am-
brosium comitem ipsius civitatis, laqueo ante por-
tam ipsius urbis ¹¹³⁸ in quadam arbore suspendit;
unde tantus timor super reliquas civitates cecidit,
ut nullus auderet contradicere, sed omnes obviam
procederent venienti. Pervenit autem usque Pla-
centiam, inde conversus ¹¹³⁹ per Alpes Penninas,
Galliam intravit, et ad sanctum Mauritium ve-
nit ¹¹⁴⁰, Rodulfum ¹¹⁴¹ quem quærebat, nocere
non potuit, quia montana conscendens in tutis-
simis locis se ¹¹⁴² absconderat, regionem inter
Jurum ¹¹⁴³ et montem Jovis exercitus graviter
attrivit.

Post hæc ¹¹⁴⁴ Womatiam venit, ibique ¹¹⁴⁵ placi-
tum tenuit, volens Zuendibold, filium suum ¹¹⁴⁶,
regno Hlotharii præficere; sed minime optimates
prædicti regni ea vice assensum præbuerunt.

Soluto conventu, cum ad Lorasham ¹¹⁴⁷ isdem
princeps venisset, Hludowico filio Bosonis, matre
Hirringarde ¹¹⁴⁸ interveniente, quasdam civitates
eum adjacentibus pagis, quas Rodulfus tenebat,
dedit; sed et hoc ei in vacuum cessit, quia eas
nullo modo de potestate Rodulphi eripere præva-
luit.

Eodem anno Wido, qui Italiam regebat et impe-
ratoris tenebat nomen, moritur. Lambertus ¹¹⁴⁹,
filius ejus ¹¹⁵⁰, regnum obtinuit, et Romam ve-
niens, dyadema imperii a præsule sedis aposto-
licæ sibi imponi ¹¹⁵¹ fecit.

Peridem tempus Hildegardis, filia Hludowici re-
gis, fratris Carlomani et Caroli a quibusdam ad
¹¹⁵² Arnolfum accusata, regis possessionibus pri-
vatur, et privata in exilium destinatur, in monaste-
rio puellarum quod Chemissem ¹¹⁵³ (117) dicitur;
sed non multum post tempus ¹¹⁵⁴ in gratiam re-
diit ¹¹⁵⁵, et sua ex majori parte recepit ¹¹⁵⁶.

Circa hæc etiam tempora Zuendibold, rex Mara-
hensium Sclavorum, vir inter suos prudentissimus
et ingenio callidissimus, diem clausit extremum;
cujus regnum filii ejus pauco tempore infelicitè
tenuerunt, Ungaris ¹¹⁵⁷ omnia usque ad solum
depopulantibus.

quo hæc exscripsit (?) annum inchoare a Paschate.
BOUQUET.

(116) *Aisne*, alias Axona vocata.

(117) Est Chiemsee; cf. Ann. Fuld. an 895.

DCCCXCV.

Anno Dominice incarnationis 895 synodus magna celebrata est apud Triburias contra plerosque seculares, qui auctoritatem episcopalem imminuere tentabant: ubi viginti sex ¹¹⁵⁸ episcopi cum abbatibus monasteriorum residentes, plurima decreta super statum sancte ecclesie scripto roboraverunt.

Post hæc Arnolfus Wormatim venit, ibique optimatibus ex omnibus regnis sue ¹¹⁵⁹ ditioni subditis sibi occurrentibus, conventum publicum celebravit, in quo conventu omnibus assentientibus atque collaudantibus Zuendibold filium regno Hlotharii præfecit.

In eodem placito Odo ¹¹⁶⁰ rex cum magnis muneribus ad Arnolfum venit, a quo honorifice susceptus est, omnibusque impetratis pro quibus venerat, cum in regnum revertetur, Folconem ¹¹⁶¹ episcopum et Adalongum ¹¹⁶² comitem sui mansionarii (118) ad Arnolfum cum xeniis ¹¹⁶³ a Carolo missis venientes in media via offenderunt, super quos cum clamore impetum faciunt. Episcopus fuga dilabitur ¹¹⁶⁴, Adalongus mortali vulnere sauciatur, sarcinæ diripiunt: prædictus comes in Trigorio ¹¹⁶⁵ (119) in villa quæ dicitur Belthomus ¹¹⁶⁶, sepelitur.

Eodem anno Zuendibold, collecto inmanso exercitu, cupiens amplificare terminos regni sui, quasi Carolo adversus Odonem auxilium laturus, Lugdunum Clavatum ¹¹⁶⁷ venit, et civitatem obsidione cinxit; sed minime eam capere potuit, quamvis ¹¹⁶⁸ multis diebus summis viribus certatim dimicatum esset. Audiens autem Odonem cum exercitu advenire, qui ea tempestate in Aquitania morabatur, cum omnibus copiis recessit, et in proprio regno ¹¹⁶⁹ se recepit. Ea tempestate Ludelmus ¹¹⁷⁰ venerabilis vir, in Tullensi ecclesia a metropolitano Rathbodo ¹¹⁷⁰ (120) ac suis suffraganeis episcopus consecratur.

DCCCXCVI.

Anno Dominice incarnationis 896 Arnolfus, secundo Italiam ingressus, Romam venit, et urbem Romanam cum consensu summi pontificis armis cepit. Quod retro ante ¹¹⁷¹ seculis ideo inauditum,

A quia non factum fuit, excepto quod Galli Senones cum Brennone duce multo ante nativitatem Christi tempore semel fecerunt. Mater Lantberti, quæ ad præsidium a filio ¹¹⁷² relicta fuerat, cum suis latentem aufugit. Arnolfus civitatem ingressus, a Formoso, apostolice sedis præsule, cum magno ¹¹⁷³ honore susceptus ¹¹⁷⁴ est, et ante confessionem sancti Petri coronatus, imperator creatur. ¹¹⁷⁵

Inde revertens paralisi morbo gravatur, ex qua infirmitate diu languescit. Eodem ¹¹⁷⁶ anno Lantbertus, filius Widonis, de quo superius paulo ¹¹⁷⁷ mentionem fecimus, vita decedit, et Hludovicus, filius Bosonis, a Langobardis invitatus, a provincia egressus Italiam intrat.

B Per idem tempus circa festivitatem sancti Andree Albericus ¹¹⁷⁸ comes, qui Megingaudum ¹¹⁷⁹ occiderat, a Stephano, fratre Walonis, interficitur.

DCCCXCVII.

Anno Dominice incarnationis 897 ¹¹⁸⁰ Stephanus Odacar ¹¹⁸¹, Gerardus ¹¹⁸² et Matfridus comites honores et dignitates quas a rege (121) acceperant, perdunt. Zuendibold Treveris cum exercitu venit ¹¹⁸³, terram ¹¹⁸⁴ quam præfati tenuerant, inter suos dividit ¹¹⁸⁵, monasterium ad Horrea (122) et monasterium sancti Petri, quod Mettis situm est, sibi reservans.

C Post hæc patrem super uxore quam accipere desiderabat, per legatos consulit. Ejus hortatu ¹¹⁸⁶ ad Ottonem comitem (123) missum dirigit, ejus filiam ¹¹⁸⁷, nomine Odam, in conjugium exposcit. Ille petitionibus ejus gratanter ¹¹⁸⁸ assensum præbuit, ejus filiam tradidit, quam post pascha celebratis nuptiis sibi in matrimonium sociavit. Eodem anno Arnolfus Wormatiam venit, ibique placitum tenuit, ubi ad ejus colloquium Zuendibold occurrit, et interventu imperatoris Stephanus, Gerhardus et Matfridus cum filio reconciliantur.

Ea ¹¹⁸⁹ tempestate inter Rodulfum, episcopum Wirziburgensem, et filios Heinrici ducis, Adalbertum ¹¹⁹⁰, Adalhardum et Heinricum, magna discordiarum lis et implacabilis odiorum controversia ex parvis ¹¹⁹¹ minimisque rebus oritur, et ve-

VARIÆ LECTIONES.

¹¹⁵⁸ viginti tres 9 — 12. ¹¹⁵⁹ sue regnis 7. 9 — 12. ¹¹⁶⁰ udo 7. ¹¹⁶¹ fulconem 1. falconem 1. falconem 5d. ¹¹⁶² adalongum 3. ¹¹⁶³ xenis 1 — 5. arnolfum xenis 5. ¹¹⁶⁴ elabitur 5d. (8). ¹¹⁶⁵ in territorio 3. ¹¹⁶⁶ belthonnus 5, beltonius 3. belthonus 2. beltolmus 8. ¹¹⁶⁷ lugdunum depredatum venit 5. ¹¹⁶⁸ propria regna 1. 3. 5. *deest*. 2. ¹¹⁶⁹ lodelinus 5. ladamus 7. ludewicus 11. 12. ludhelmus 3. ¹¹⁷⁰ ratbodo 5a. e. e. rodbaldo 5d. ¹¹⁷¹ ante usque ante *deest* 2. ¹¹⁷² quæ a præsidio filii 7. ¹¹⁷³ *deest* 5c. e. ¹¹⁷⁴ susceptus ante 5c. e. ¹¹⁷⁵ creatus est 5c. e. ¹¹⁷⁶ Eodem usque walonis interficitur *deest* 4. ¹¹⁷⁷ paulo superius 7. 9-12. ¹¹⁷⁸ albricus 1. 5. alpricus 5. ¹¹⁷⁹ megingaudum 5. meginhardum 9-12. ¹¹⁸⁰ DCCCXCVII. 7. ¹¹⁸¹ odocar 5. ¹¹⁸² gerhardus 5. 8. ¹¹⁸³ veniens 3. 5. 8. ¹¹⁸⁴ venit terramque quam 7. 9-12. ¹¹⁸⁵ suos filios dividit 7. 9-12. ¹¹⁸⁶ consulit ejus hortatu 1. 3. 4. 5. ¹¹⁸⁷ ejus filiam 1-5. ¹¹⁸⁸ ejus graviter 4. 5. ¹¹⁸⁹ Ea tempestate usque devastantur *deest* 4. ¹¹⁹⁰ adalbertum *deest* 5. ¹¹⁹¹ ex paucis exord. 5.

NOTE.

(118) Qui mansionem principi parabant. Cf. Hinomarum de Ordine palatii, cap. 23.

(119) Est pagus Trechirgowe, ad sinistram Rheni ripam a Bacharaco usque ad Confluentes. Delineationem ejus in V. Cl. Guntheri Cod. dipl. Rheino-Mosellano, T. II, Habes, ubi tamen finibus justo arctioribus circumcluditur; nam villa Belthomus

ibi omissa, est hodiernum *Beltem*, e septentrione vici Castellau positum.

(120) Archiepiscopo Treverensi.

(121) Id est Arnolfo. Cf. an. 899.

(122) Treveris.

(123) Ottonem Saxonem, Heinrici regis patrem esse, Eccard. Franc. Orient. II, p. 773, contendit.

lut ex per modica scintilla ingens incendium excitatur, ita de die in diem succrescens, in immensum ¹¹⁹² dilatatur. Et dum de nobilitate carnis, de parentum numerosa multitudine, de magnitudine terrenæ potestatis, ultra quam decet ¹¹⁹² se extollunt, in mutuis cædibus prorumpunt, innumera- biles ex utraque parte gladio pereunt, truncationes manuum ac pedum fiunt; regiones illis subjectæ rapinis et incendiis solotenus devastantur.

DCCCXCVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 898 ¹¹⁹⁴ Odo rex ægritudine pulsatur, et mense Januario, tertio die ejusdem mensis, diem clausit extremum ¹¹⁹⁵, et apud sanctum Dionysium cum debito honore sepulturæ mandatur. Principes in unum congregati, pari consilio et voluntate Carolum super se regem ¹¹⁹⁶ constituunt.

Eodem anno Zuendibold Reginarium, ducem sibi fidissimum et unicum consiliarium, nescio cujus instinctu, a se reppulit, et honoribus, hæreditatibus quas in suo regno habebat interdictis, eum extra regnum infra 14 ¹¹⁹⁷ dies secedere jubet. ¹¹⁹⁸ Ille, adjuncto sibi Odacro ¹¹⁹⁹ comite et quibusdam aliis, cum mulieribus et parvulis ¹²⁰⁰ et omni suppellectili ¹²⁰¹ in quendam tutissimum locum qui Durfos ¹²⁰² (124) dicitur intravit, ibique se comunivit. Quod cum rex cognovisset, coadunato exercitu, castrum ¹²⁰³ expugnare conatus est, sed minime prævaluit propter paludes et multiplices refusiones, quas in prædicto loco Mosa fluvius facit. Rege ab obsidione recedente, præfati comites Carolum adeunt, et eum cum exercitu in regnum ¹²⁰⁴ introducunt. Zuendibold, quamvis sero intelligens se circumventum ¹²⁰⁵, cum paucis ¹²⁰⁶ fuga dilabatur. Carolus recto itinere Aquis ¹²⁰⁶ [Tucicha 6] venit, deinde Niumagam ¹²⁰⁷ perrexit. Interea Zuendibold ad Franconem episcopum (125) venit, et eum cum omnibus suis secum adsumens ¹²⁰⁸, Mosam transiit, et ad Florichingas ¹²⁰⁹ (126) venit, ubi omnes proceres regni qui in illis partibus erant ad eum confluerunt. ¹²¹⁰ Ex ¹²¹¹ desperatis itaque rebus vires se recepisse congaudens, resumpta fiducia, contra æmulum ad pugnam proficiscitur. Carolus a Niumaga revertens ¹²¹² Prumiam venit, et inde adversus Zuendibold copias transfert ¹²¹³;

sed appropinquantibus ex utraque parte exercitibus, nequaquam pugna committitur sed intercurrentibus legatis pax firmatur, sacramenta jurantur; Carolus, transvadata Mosa, in suum regnum regreditur.

Dunc hæc ¹²¹⁴ in Francia geruntur, inter Hludovicum et Berengarium in Italia (127) plurimæ congressiones fiunt, multa certaminum discrimina vicissim sibi succedunt. Novissime Hludovicus Berengarium fugat ¹²¹⁵, Romam ingreditur, ubi a summo pontifice coronatus, imperator appellatur.

Per idem tempus Eworhardus ¹²¹⁶ dux, filius Meginhardi ¹²¹⁷, a Waltgario Fresone, filio Gerulfi ¹²¹⁸, cum venatum ¹²¹⁹ pergeret, dolo trucidatur; ducatus quem tenuerat, Meginhardo fratri ab imperatore committitur.

DCCCXCIX.

Anno Dominicæ incarnationis 899 ¹²²⁰, Zuendibold colloquium habuit cum optimatibus Arnolphi et Caroli et suis apud sanctum Goarem; ex regno Arnolphi interfuerunt Hatto ¹²²¹ archiepiscopus, Chuonradus et Gebehardus ¹²²² comites, ex parte Caroli Haschiricus ¹²²³ episcopus et Odacar ¹²²⁴ comes. Qui vero in eodem conventu seorsum sine ¹²²⁵ præsentia regis pertractatum sit, postea eventus rei luce clarius manifestavit.

Eodem ¹²²⁶ anno Richarius abbas monasterii Prumiensis constituitur. Qualiter autem ergo me actum sit, idcirco hoc in loco notare distuli, ne forte injuriis provocatus, ultra quam christiana patientia permittit, persecutionis meæ causas exaggerasse viderer, et ne prolixæ rationis oratio, quæ multiplex atque perplexa est, fastidium inferret audientibus. Rex enim gestas, ut supra præmissimus ¹²²⁷, notare studuimus, non rerum gestarum causas certis rationum indicibus enucleare. ¹²²⁸ Et qui in aliorum actionibus brevitati studemus, in nostris verbositatis vitium cavere debemus. Zuendibold denuo cum exercitu ad Durfos venit, munitionem ¹²²⁹ totis viribus expugnare molitur. Sed cum minime conatus ejus proficeret, episcopis ¹²³⁰ jubet, ut Reginarium et Odacrum et socios eorum anathematizarent; sed cum illi anathematis sententiam proferre recusarent ¹²³¹, minis ¹²³²⁻¹²³³, exprobrationibus et contumeliis

VARIE LECTIONES.

¹¹⁹² succrescens immensum 3. 5. in immenso 2. ¹¹⁹³ ultra quam dicitur se 7. 9-12. quam deceret 2. ¹¹⁹⁴ DCCCXCVII. 7. ¹¹⁹⁵ mensis januarii die tertio diem clausit extremum 5. ¹¹⁹⁶ deest 4. 5. ¹¹⁹⁷ infra XIII. 4. ¹¹⁹⁸ jussit 5c. e. ¹¹⁹⁹ odacro 4. ¹²⁰⁰ mulieribus parvulis 1. 5c. e. ¹²⁰¹ supellectile 5c. e. ¹²⁰² durfors 9. 11. 12. dorfos 10. ¹²⁰³ castra 7. 9-12. ¹²⁰⁴ intelligens circumventum 1. 2. ¹²⁰⁵ cum paucis 7. 9-12. ¹²⁰⁶ aquis deest 7-12. ¹²⁰⁷ neumagam 5. ¹²⁰⁸ et omnibus . . adsumptis 5c. e. ¹²⁰⁹ florichingas 2. florinchas 3. forichmagas 5. floricingas 8. florthingas 4. ¹²¹⁰ confluerant 7. 9-12. ¹²¹¹ confluerunt. Et ex 5. ¹²¹² neumago reversus 5. ¹²¹³ inde a zuendibold copias transfertur 7. ¹²¹⁴ Dum hæc... committitur deest 4. ¹²¹⁵ berengario fugato 7. ¹²¹⁶ euorhardus 2. euerhardus 9-12. eberhardus 3. (5). ¹²¹⁷ meginardi 1-3. 5. 6. ¹²¹⁸ gerolfi 5. kerulfi 3. ¹²¹⁹ venatu 2. 7. 9-12. ¹²²⁰ DCCCXCVIII. 7. ¹²²¹ hattho 2. ¹²²² gebelhardus 5. ¹²²³ haschichus 7. aschiricus 4. haischericus 8. ¹²²⁴ odoacar 9-12. ¹²²⁵ seorsum suæ p. 7. ¹²²⁶ Eodem anno usque cavere debemus deest 4. ¹²²⁷ promissimus 1. 3. 5c. e. ¹²²⁸ indicibus enotare 1. 5. ¹²²⁹ multitudinem 1-3. 5. ¹²³⁰ episcopus 1-3. 5a. c. e. 6? episcopos 5d. ¹²³¹ episcopo . . anathematizaret . . ille . . recusaret 9-12. ¹²³²⁻¹²³³ nimis 5c. 7. nimis 9-12.

NOTÆ.

(124) Idem pag. 781 prope Dordrechtum ponit, quod ibi Mosa in paludes refundatur. Fortasse Doverem prope Heusden est.

(125) Leodiensem.

(126) Florenge, prope Theodonis villam.

(127) Cf. Muratori, *Annali d'Italia* ad. an. 900.

utitur, et sic soluta obsidione unusquisque ad propria rediit. ¹²³⁵

Ea ¹²³⁵ tempestate Odilbaldus ¹²³⁶ sanctus vir, Trajectensis ecclesie præsul, e rebus ¹²³⁷ humanis sublatus, ad caeleste regnum transiit, in cujus loco subrogatus est Ratbodus ¹²³⁸, venerabilis antistes.

Circa confinia memorati anni Arnolfus imperator migravit a seculo ¹²³⁹ III Kal. Decembris, sepultusque est honorifice in Odingas ¹²⁴⁰ [in Radispona ¹²⁴¹ in basilica sancti Hemmerammi ¹²⁴² martyris, quem ipse dum vixit multum veneratus est ¹²⁴³ 9-12], ubi et pater ejus tumulatus jacet ¹²⁴⁴.

DCCCC.

Anno ¹²⁴⁵ Dominicæ incarnationis 900 proceres et optimates, qui sub ditione ¹²⁴⁶ Arnolphi fuerant, ad Foracheim ¹²⁴⁷ in unum congregati, Hludowicum, filium præfati principis, quem ex legitimo matrimonio susceperat, regem super se creant (128), et coronatum regisque ornamentis indutum in fastigio regni sublimant.

Dum hæc in Germania aguntur, inter Zuendiboldum et primores ¹²⁴⁸ regni inexpialis oritur dissensio propter assiduas deprædationes et rapinas quæ in regno fiebant, et quia cum mulieribus et ignobilioribus regni negotia disponens, honestiores et nobiliores quosque deiciebat, et honoribus et dignitatibus exspoliabat. Pro hujuscemodi itaque causa omnibus odiosus efficitur. Certatim igitur ad Hludowicum transeunt, eumque in regnum introducunt, et in Theodonis ¹²⁴⁹ villa, manibus datis, ejus dominationi se subjiciunt. Hludowico trans Rhenum eunte, Zuendibold, coadunatis quoscunque potuit ¹²⁵⁰, civitates regni circuit ¹²⁵¹, incendiis ac rapinis cuncta devastat, arbitratus, defectores qui propter ejus insolentiam et immanem malitiam ab eo defecerant, immaniora et pejora faciens ad se revocare posse. Hludowicus in regnum rursus accersitur, et a comitibus Stephano, Gerardo ¹²⁵² et Matfrido circa Mosam isdem Zuendibold in prælio interficitur, Idibus Augusti ¹²⁵³. Eodem anno Gerardus comes Odam, uxorem ejusdem Zuendiboldi regis, sibi in matrimonium copulat.

VARIE LECTIONES.

¹²³⁶ redit 7. 9—12. ¹²³⁵ Ea tempestate usque antistes *deest* 4. ¹²³⁶ odalbaldus 7. 9—12. odibaldus 3. ¹²³⁷ præsul rebus 5. ¹²³⁸ radoldus 5. ratbodus 2. ¹²³⁹ migravit ad Dominum III. Kal. 7. ¹²⁴⁰ odingas 1. 2. 4. 5a. d. 6. huodingas 8. odingis 3. 5c. e. odingas 7. ¹²⁴¹ radispona civitate 10. ¹²⁴² emmerammi 9. 10. ¹²⁴³ Hæc verba jam in codice Frisingensi, unde *codd.* 9—12. fluxerunt, deleta eorum loco lectio vulgata recepta, et margini adscriptum est «perdes omnes qui loquuntur mendacium.» *Marianus quoque Scotus et Otto Frising.* in Odingas sepultum scribunt. ¹²⁴⁴ jacet. ipse construxit monasterium sancti emmerammi martyris in radispona 8. ¹²⁴⁵ folium unum cum annis 900—902 excidit in codice 2. ¹²⁴⁶ sub seditione 1 ? 5 sub ditione 6. ¹²⁴⁷ forachaim 1. forachem 5. forcheim 11 12. ¹²⁴⁸ prioribus 5a. priores 5 c. e. primoribus 5d. ¹²⁴⁹ introducunt eunt theodonis 5a. d. ¹²⁵⁰ quasque potuit 5. 7. ¹²⁵¹ circuit 3. ¹²⁵² gerhardo . . gerhardus 5. ¹²⁵³ idibus augusti *deest* 9. 11. 12. idus 5 a. d. 11. ¹²⁵⁴ DCCCCII, 3. ¹²⁵⁵ hungarium 5a. ungarium 7. hungariorum 4. 5d. ungariorum 8 — 12. ¹²⁵⁶ trucidantur 4. 5. ¹²⁵⁷ ludmardus 5. liutwardus 3. 8. ¹²⁵⁸ consiliarius secreto 9. 11. 12. ¹²⁵⁹ poterat 11. poterant 12. ¹²⁶⁰ Eodem anno usque extinguitur *deest* 4. ^{1261, 1262} uuldoris 7. ¹²⁶³ DCCCC. 7. DCCCCIII. 3. ¹²⁶⁴ gebelhardum.. gebelhardi 5. gebelhardum *deest* 4. ¹²⁶⁵ babenber . . e. babenberch 7. 8. 9. banbert 10. babenberk 11. 12. ¹²⁶⁶ procedit 7. ¹²⁶⁷ illi *deest* 1. 4. 5. ¹²⁶⁸ interfecit est et 5a d. 9. 11. 12. ¹²⁶⁹ captus est et 5a. d. ¹²⁷⁰ post modicum 7. ¹²⁷¹ deportatur 3. 7. ¹²⁷² DCCCCIII 3. DCCCCII. *Fris.* ¹²⁷³ fugat res 1. 3. 5.

NOTÆ.

(128) Die 21 Januarii.

(129) Cf. Ann. Fuldenses et Muratori, *Annali d'Italia* ad an. 900.

DCCCCI.

Anno Dominicæ incarnationis 901 ¹²⁵⁴ (129) gens Hungarorum ¹²⁵⁵ Langobardorum fines ingressa, cædibus, incendiis ac rapinis crudeliter cuncta devastat. Cujus violentiæ ac belluino furori cum terræ incolæ in unum agmen conglobati resistere conarentur, innumerabilis multitudo ictibus sagittarum perit; quamplurimi episcopi et comites trucidati sunt ¹²⁵⁶. Liudwardus ¹²⁵⁷, episcopus Vercellensis ecclesie, Caroli quondam imperatoris familiarissimus et consiliarius a secreto ¹²⁵⁸, assumptis secum opibus atque incomparabilibus thesauris, quibus ultra quam æstimari potest ¹²⁵⁹ abundabat, cum effugere eorum cruentam ferocitatem omnibus votis elaboraret, super eos inscius incidit, ac mox interficitur; opes quæ secum ferebantur, diripiuntur.

Eodem ¹²⁶⁰ anno Stephanus comes, frater Walonis ^{1261, 1262}, cum in secessu residens nocturnis horis alvum purgaret, a quodam per fenestram cubuli sagittæ toxicatæ ictu graviter vulneratur, ex quo vulnere eadem nocte extinguitur.

DCCCCII.

Anno Dominicæ incarnationis 902 ¹²⁶³ Adalbertus cum fratribus Adalhardo et Heinrico, collecta valida manu, adversus Eberhardum et Gebehardum ¹²⁶⁴ et Rodulfum fratres, de quibus paulo superius mentionem fecimus, ex castro quod Babenbergk ¹²⁶⁵ dicitur prosiliens, ad pugnam processit ¹²⁶⁶. Cujus impetum illi ¹²⁶⁷ viriliter excipientes, ferro aciem irrumpunt, obvios quosque terræ prosternunt, nec ante desistunt, quam adversariorum agmen fugam inire compellant; in quo certamine Heinricus interfectus ¹²⁶⁸, et Adalhardus captus ¹²⁶⁹, et postmodum ¹²⁷⁰ jussu Gebehardi decollatus est. Eberhardus etiam multis vulneribus confossus in prælio cecidit, ubi finito conflictu inter cadavera occisorum a suis inventus, domum reportatur ¹²⁷¹, et paucis interpositis diebus et ipse moritur.

DCCCCIII.

Anno Dominicæ incarnationis 903 ¹²⁷² Adalbertus Rodulfum episcopum de Wiziburgensi ecclesia fugat ¹²⁷³, et res et possessiones præfate ecclesie cru-

delissime depopulatur, filios etiam Eberhardi simul A cum matre a propriis hæreditatibus et honoribus regio munere concessis exire compellens, ultra Spetheshart ¹²⁷¹ (130) secedere cogit.

Circa hæc tempora (131) Folco, Remorum archiepiscopus ¹²⁷³, a quodam Winemaro ¹²⁷⁶, satellite Balduini ¹²⁷⁷ comitis (132), interfectus est. Causa autem hujus interfectionis hæc fuisse memoratur. Prædictus Balduinus Atrabatis ¹²⁷⁸ castrum videlicet abbatiam sancti Vedasti, nullo sibi concedente invaserat, quam Carolus rex ei auferens, Folconi episcopo eandem in beneficium largitus est. Quod Balduinus ægre ferens, misit ad jamdictum episcopum Winemarum, obsecrans, ne honores quos hactenus tenuerat atque possederat, ipse cupiditate ductus sibi usurparet; insuper etiam ingentia B dona ¹²⁷⁹ pollicitus est, si ejus ope et interventu præfatam possessionem obtinere posset. Sed cum episcopus minime assensum præberet, et, nescio ¹²⁸⁰ quid durius et amarius quam oportebat, responderet, ille, diabolo instigante, furore nimio succensus, ab eo diverlit, et quandam sylvam cum sociis ingressus, cum idem Folco a Compendio palatio a rege reverteretur, super eum irruit, et eum absque mora trucidavit. In Remorum cathedra Heriveus ¹²⁸¹ sublimatus est, qui eundem Winemarum cum multis aliis episcopis excommunicavit, et pro tam inaudito scelere perpetuo anathemate condemnavit ¹²⁸².

DCCCCV.

Anno Dominicæ incarnationis 905 ¹²⁸³ (133) Hludowicus, filius Bosonis, quem supra meminimus imperatoris nomen esse sortitum, Berengarium de Italia expulit, atque omne illud regnum suæ ditioni subegit. Cernens autem nullum ¹²⁸⁴ sibi resistere aut posse aut audere, ultra quam oportebat de securitate præsumens, ea quæ pacis et quietis sunt cepit cogitare. Absoluto itaque exercitu, um perpaucis Veronam ingressus est, adhortante Adalhardo ¹²⁸⁵ præfatæ urbis episcopo. Cives autem hoc Berengario summa cum festinatione notum fecerunt, qui eo tempore in Bajoaria exulabat. Ille nil moratus, contractis ¹²⁸⁶ undique copiis Veronam pervenit, atque improvidum virum

dolo cepit, et captum luminibus privavit. Siquidem cives qui partibus ejus favebant, portas civitatis ei aperientes, eum nocturno tempore intra muros reeperunt, et sic insperate ¹²⁸⁷ et absque præmeditatione Hludowicus non solum regno, sed etiam oculis privatus est. Tandem itaque Berengarius regnum Italiæ multis cædibus orientatum, infaustis infortunatisque præliis diu quæsitum ¹²⁸⁸, cum hujuscemodi triumpho obtinuit. Eodem anno in mense Augusto hæc mutatio regni facta est.

DCCCCVI.

Anno Dominicæ incarnationis 906 ¹²⁸⁹ Chuonradus comes filium suum Chuonradum misit cum armatorum non modica manu, ut irruerent super Gerardum et fratrem ejus Matfridum, eo quod honores suos et Gebehardi fratris ejus ¹²⁹², videlicet possessionem sancti Maximi et sanctæ Mariæ ad Horrea, violenter invasissent; quibus exercitus ex regno Hlotharii sociatus est. Pervenerunt autem usque in pago Blesiaci ¹²⁹³ (134), rapinis et incendiis hæreditatem et possessionem supradictorum fratrum ac satellitum eorum depopulantes. Porro Gerardus et Matfridus a castro, in quo se munerant, legationem mittentes pacem petierunt; qua concessa, datis ex utraque parte sacramentis, usque in octava ¹²⁹³ paschæ, exercitus ad propria discessit.

Dum hæc in regno Hlotharii aguntur, Chuonradus senior in Hestia ¹²⁹⁴, in loco qui dicitur Fricdeslar ¹²⁹⁵, cum multa turba peditum et equitum residebat, crebras incursiones Adalberti suspectas habens; frater vero ejus Gebehardus ¹²⁹⁶ in Wedereiba ¹²⁹⁷ (135) cum omnibus quos sibi associare poterat, ejusdem Adalberti præstolabatur repentinam irruptionem. Nec eos fellit per omnia rerum eventus; siquidem Adalbertus vires adversariorum extenuatas esse sentiens ¹²⁹⁸, eo quod in tribus partibus essent divisi, opportunum et diu exoptatum tempus advenisse gaudens, congregatis sociis, mox arma corripit; et primo quidem simulat, se contra Gebehardum ¹²⁹⁹ copias transferre velle, ut et illum bello perterreret, et fratrem securiorem redderet; deinde

VARIE LECTIONES.

¹²⁷¹ spetheshart 1. 3. spehtesharth 2. spectheshart 5. speteshart 10 — 12. spetitheshart 8. spechtheshart 4. ¹²⁷³ folcho archiepiscopus 9 — 12. fulco 2. ¹²⁷⁶ winimaro etc. 3. 5. 7. 8. winimare 9—12. ¹²⁷⁷ baiduvini 7. *constanter.* ¹²⁷⁸ atrebatis 3. ¹²⁷⁹ ingentia bona 3d. ¹²⁸⁰ præberet nescio 2. ¹²⁸¹ henricus 1? 5c. e. herineus 5a. d. heimburtus 9. heimburtus 10. hembertus 11. 12. hireneus 8. ¹²⁸² condemnavit. *Quæ hinc inde sequuntur, omnia desunt in codice* 4. ¹²⁸³ DCCCCV. 3. 7—12. *et cod. Fris.; in codice 1. prima manu DCCCCIII. recentiori vero DCCCCV. 2. 5. DCCCCIV; de codice 6. mihi non constat.* ¹²⁸⁴ nullum esse aut posse nocere ultra 5. ¹²⁸⁵ adelardo 1. adelardo 5. adalardo 7. ¹²⁸⁶ tractis. 2. undique *deest* 3. ¹²⁸⁷ insperato 5c. e. *inspirato* 1—3. ¹²⁸⁸ diu quæsitum *deest* 3. ¹²⁸⁹ cometa 7. 9—12. cometes 8. ¹²⁹⁰ anno et supra 1—3. anno d. i. DCCCC. 5. anno d. i. DCCCCVI. 7—12. *et cod. Frising de codice 6. nobis non constat.* ¹²⁹¹ fratris videlicet 7. 9 — 12. fratris sui 8. ¹²⁹² pagum blesiacum 5c. e. pagum blasiacum 3. ¹²⁹³ octavis 2. 7. 9—12. ¹²⁹⁴ hesia 2. henessia 7. ¹²⁹⁵ frideslar 1. 3. 5. 7—12. ¹²⁹⁶ fratrem... gerhardum 5. ¹²⁹⁷ wedereiba 1? wenteibaicum 3. wedereina 2. wetreiba 7. wedria 8. wedereia 9—12. ¹²⁹⁸ extenuatas sentiens 1. 2. ¹²⁹⁹ gerhardum 5.

NOTE.

(130) *Spessart* nemus.

(131) Cf. Ann. Vedastinos an. 900.

(132) Flandrensis.

(133) Hoc anno quæ narrantur accidisse, probat Muratorius in Annalibus ad h. a.

(134) Cujus caput *Bliescastel*.(135) *Die Wetterau*.

quanta potuit celeritate, aciem adversus Chuonradum dirigit. Quod cum Chuonradus sero cognovisset, divisit sociis in tribus turmis, ei incunctanter occurrit; et commissa pugna, duæ turmæ, una peditum et altera Saxonum, statim terga vertunt ¹³⁰⁰. Quos cum Chuonradus clamore ingenti frustra hortaretur, ut nullatenus hostibus cederent, sed pro conjugum ac liberorum salute et defensione patriæ totis viribus decertarent, ipse cum tertia turma, animatis sociis, super adversarios irruit, sed mox in ipso primo impetu multis vulneribus confossus, extinctus est. Adalbertus victoria potitus, cum sociis fugientes insecutus est, et innumeram multitudinem, maxime peditum, gladio prostravit ¹³⁰¹. Tribus itaque continuis diebus totam illam regionem perlustrans, cædibus ac rapinis cuncta demolitus est. His patris, oneratus ¹³⁰² sociis spoliis ac ingenti ¹³⁰³ præda, ad Babenberch ¹³⁰⁴ castrum reversus est. Peracta est autem hæc cædes in Kalendas Martii. Venientes filii cum matre levaverunt corpus Chuonradi, et sepelierunt in castello ¹³⁰⁵ quod Wileneburch (136) vocatur ¹³⁰⁶.

Eodem anno circa Julium mensem Hludowicus rex conventum generalem celebravit apud Triburias ¹³⁰⁷ villa regia ¹³⁰⁸, ubi adesse mandavit sæpe dictum Adalbertum, ut in præsentia optimatum regni pro se rationem redderet, et pacis conditionem quam hætenus exosam habuerat, tandem aliquanto, deposita crudelitatis tyrannide, susciperet, et a rapinis ¹³⁰⁹, cædibus incendiis saltem ¹³¹⁰ vel sero quiesceret. Sed his salutaribus monitis nequaquam assensum præbuit. Cernens itaque rex obduratum ejus animum et in cœpta rebellio-

nis malitia obstinatum, collecto undique exercitu cum in castro quod Terrassa ¹³¹¹ (137) dicitur, obsidione cinxit. Interea Egiuo ¹³¹², qui ejus individuus comes in omni pravitate ¹³¹³ extiterat, ab ejus societate defecit, et cum omnibus suis ad regis castra transiit. Protracta igitur paulo prolixius obsidione, fractus animo Adalbertus ad callida argumenta convertitur, et omni ingenio excogitare cœpit, qua arte obsidio solveretur, ut exercitu ad propria remeante optata libertate potitus ¹³¹⁴, ipse cum sibi faventibus dolos quos in pectoreolvebat, longe lateque effundere posset. Portis itaque a pertis a munitione exiens ¹³¹⁵ cum perpauca, ultro regi ¹³¹⁶ se obtulit, supplex veniam de commissis exposcit, emendationem promittit. Sed cum fraus quæ struebatur, suis prodentibus fuisset detecta ¹³¹⁷ custodiæ mancipatus ¹³¹⁸ est, et in præsentia totius exercitus manibus vinculis adductus, omnibus adjudicantibus capitalem ¹³¹⁹ suscepit sententiam v ¹³²⁰ Idus Septembris Facultates et possessiones ejus in fiscum redactæ sunt, et dono regis inter nobiles ¹³²¹ quosque distributæ ¹³²².

Compositis itaque ¹³²³ in orientali Francia rebus, rex Mediomatrico ¹³²⁴ venit (138) ibique ¹³²⁵ in publico conventu Gerardum atque Matfridum proseriptione damnavit. Inde egressus ¹³²⁶, Strazburgensem urbem ¹³²⁷ adiit, ibique episcopum ac plebem inter se dissidentem ad concordiam revocavit, et sic Rheno transmissis, recto itinere in Alamanniam perrexit. Per idem tempus Baltrammus ¹³²⁸ Strazburgensis ecclesie et Ludelmus ¹³²⁹ Tullensis ¹³³⁰ ecclesie præsules, migraverunt a seculo; quibus successerunt in pontificali cathedra Otbertus in Strazburgensi civitate, et Druogo ¹³³¹ in Tullensi ¹³³².

VARIÆ LECTIONES.

¹³⁰⁰ verteruntur 7. ¹³⁰¹ gladio perstrinxit 6. ¹³⁰² honeratis 2. honeratis 7. oneratisque 9—12. ¹³⁰³ spoliis, ingenti 7. 9—12. ¹³⁰⁴ abenberc 7. bababenberch 2. ¹³⁰⁵ castro 3. 5. castrolo 2. ¹³⁰⁶ venientes. . . vocatur *deest* 7—12. ¹³⁰⁷ driburias 2. ¹³⁰⁸ villam regiam 7. ¹³⁰⁹ et rapinis 1—3? 3. 7. ¹³¹⁰ saltem 2. ¹³¹¹ trassa *corr.* terrassa 2. teras 7. tedresse *corr.* tharesse 9. tarase *corr.* tarasse 10. tharesse 11. 12. tetrassa 5. ¹³¹² interea regino 7. egio 3. egeno 8. ¹³¹³ omni familiaritate 3. ¹³¹⁴ libertate potius 1. 2. 5. 7. ¹³¹⁵ exigens 2. ¹³¹⁶ se regi 5. ¹³¹⁷ dejecta 2. ¹³¹⁸ mancipatur 2? 5. ¹³¹⁹ adductus ab omnibus capitalem 5e. ¹³²⁰ VI^o idus 7. ¹³²¹ nobiles 7. 9—12. ¹³²² dona. . . distributa 5c. e. ¹³²³ ita in 5. ¹³²⁴ mediomatricum 5. ¹³²⁵ ibique *deest* 5. ¹³²⁶ regressus 1—3? 5. ¹³²⁷ strazburgensem 1. 5. argentanam civitatem 3. ¹³²⁸ baltrannus 1. 5. ¹³²⁹ ludhelmus 3. 9—12. liuthelmus 7. ¹³³⁰ tulliensis ecclesie 5. ¹³³¹ drugo 6. 10. druogo 2. druoso 9. 11. 12. ¹³³² tulliensis. anno Dominicæ incarnationis DCCCCVIII. 7. tullensi. *Hac voce desinunt codices 1. 2. 3; in hoc additur Explicit, et rubro colore Explicit chronica Reginonis. Deo gracias. Quam et nos subjicimus, continuatio ignoti cujusdam scriptoris, extat in codice 6. post verba: Explicit chronica reginonis abbatis, in codice 7. (et Frisingensi, cf. Aretin l. c. p. 239) interjecto: Hucusque regino. Hæc quæ secuntur nos addidimus, in 9. 10. 11. 12. eadem sententia, mutato addidimus, in addimus, legitur: codex 11. voces anno Dominicæ incarnationis DCCCCVIII. temere statim post druogo in tulliens, cod. 12. anno Dominicæ incarnationis DCCCCVII. inter regino et hæc inserit. In editionibus: Tullensi. « Hucusque Regino. Hæc vero quæ sequuntur addita fortasse sunt ab alio quopiam monacho. »*

NOTÆ.

(136) *Weilburg*.
(137) Jam anno 903 in diplomate regis pro ecclesia Wirzeburgensi nominatur. Postea monasterium factum esse, Hofmannus in Annalibus Bambergensibus affirmat.

(138) Exstat diploma regium Ludhelmo Tullensi

episcopo concessum Kalendis Septembribus hujus anni, actum Tullo civitate, apud Calmet Hist. Lotharing. I, 332; quod si pro genuino habetur, rex Adalberti punitioni non adfuisse censendus est, Et Ludhelmus in id. Sept. hujus anni obiit. Cf. Hist. episc. Tullensium apud Calmet, Probatt. p. 130.